



Specimen juris publici de juris placeti historia in Belgio

<https://hdl.handle.net/1874/325721>

g.

JURIS PLACETI HISTORIA
BELGICI

SPECIMEN JURIS PUBLICI

DE

JURIS PLACETI HISTORIA

IN

BELGIO.

REIMBRUYT JONAS ACADEMIA

JURIS PRAELECTI HISTORIA

BELGICAE

SPECIMEN JURIS PUBLICI
DE
JURIS PLACETI HISTORIA
IN
BELGIO,


QUOD,
ANNUENTE SUMMO NUMINE,
EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI
BERNARDI FRANCISCI SUERMAN,
MED. DOCT. ET PROF. ORD.

NEC NON
AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU
ET
NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE
IN JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS,
IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA
RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,
ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT
AUGUSTUS ADRIANUS ALEXANDER BESIER,
SAMARANGA-INDUS.

DIE II M. FEBR. A. MDCCCLVIII. HORA II.



TRAJECTI AD RHENUM,
APUD P. W. VAN DE WEYER, TYPOGR.
MDCCCLVIII.

SECTIO JURIS FERENDI

JURIS PRAELECTI HISTORIA

BELGII

1801

ADUSUM AUCTORIS

ET SOCIETATIS PUBLICAE BRUXELLARUM

BERNARDI FRANKFOLII SEITZMAI

1801

1801

ADUSUM SOCIETATIS PUBLICAE BRUXELLARUM

1801

ADUSUM SOCIETATIS PUBLICAE BRUXELLARUM

Juris Praellecti Historia

1801

ADUSUM SOCIETATIS PUBLICAE BRUXELLARUM

ADUSUM SOCIETATIS PUBLICAE BRUXELLARUM

ADUSUM SOCIETATIS PUBLICAE BRUXELLARUM

ADUSUM SOCIETATIS PUBLICAE BRUXELLARUM

ADUSUM SOCIETATIS PUBLICAE BRUXELLARUM

ADUSUM SOCIETATIS PUBLICAE BRUXELLARUM

ADUSUM SOCIETATIS PUBLICAE BRUXELLARUM

ADUSUM SOCIETATIS PUBLICAE BRUXELLARUM

ADUSUM SOCIETATIS PUBLICAE BRUXELLARUM

ADUSUM SOCIETATIS PUBLICAE BRUXELLARUM

PIAE MEMORIAE

GUILIELMI JANI JACOBI NAIRAC,

DUM IN VIVIS ERAT

CONSILIO STATUS ADSRIPTI, ORDINIS LEONIS NEERLANDICI EQUITIS,

PATRI DILECTISSIMI,

TUTORIS OPTIME DE ME MERITI,

SACRUM.

SPECIMINIS CONSPECTUS.

PARS I.

DE USU PLACETI IN BELGIO SUB COMITUM REGIMINE.

CAPUT I. DE DEFINITIONE ET ORIGINE PLACETI	Pag. 1.
CAPUT II. DE CONTENTIONIBUS POTESTATEM SAECULAREM BELGII INTER ET CURIAM ROMANAM	* 10.
CAPUT III. DE USURPATIONIBUS CLERI BELGICI ET JURISDICTIONIS ECCLESIASTICAE ET CIVILIS CONFLICTU	* 21.
CAPUT IV. EDICTA PRINCIPIS IN BELGIO DE JURE PLACETI	* 54.

PARS II.

DE JURIS PLACETI LIBERA REPUBLICA VESTIGHS

* 62.

PARS III.

DE JURE PLACETI RECENTIORI AETATE.

CAPUT I. DE LEGISLATIONE FRANCICA CIRCA JUS PLACETI INTERMEDIA	* 83.
CAPUT II. DE JURE FRANCICO NOVISSIMO	* 96.
CAPUT III. JURIS PLACETI HISTORIA IN REGNO BELGICO RECENTIOR.	* 121.
CONCLUSIO	* 161.

PRAEFATIO.

Hasce studiorum primitias piae Viri memoriae dicavi, qui tam eximie carissimi Patris locum suscepit, ut, quantum ei a puerili inde aetate debeam, verear ne unquam verbis exprimere possim. Etenim non tantum paternis exhortationibus et consiliis nunquam mihi defuit, et boni et pulchri amorem, quo ipse semper erat impletus, in me suscitare conatus est, atvero etiam omnis ejus cura eo tetendit, ut optimis praeceptoribus ingenii animique mei crederetur cultus. O utinam mihi contigisset,

*ut ei vivo probare potuissem, conamina sua non
 prorsus irrita esse, sed me, illius sollicitudinis
 atque caritatis memorem, grato animo ita affectum
 esse, ut quae jucunda ei grataque fuissent, haud
 unquam omiserim. Sed dura vitae sors hoc mihi
 privilegium dare recusavit, quum jam abhinc bien-
 nium morte ereptus fuerit ille, quem optimum civem
 Patria, fidelissimum amicum familiares habuerunt,
 ego meis rebus integerrimum fautorem expertus sum.
 Non hic est locus omnia ejus de me merita pro-
 ferre, nec defuncti sineret modestia, me publica
 hac opportunitate eum pluribus laudibus elaturum
 esse; pietati autem incumbit officium palam pro-
 fitendi, nunquam me satis vires intendere posse, ne
 tot tantisque beneficiis plane indignus videar, quae
 in me contulit Patruus dilectissimus. Ne unquam
 ejus recordationem deleat oblivio, caveat Summum
 Dei Numen!*

Accipe, benevole Lector, hocce qualecunque specimen. Vereor autem ne roges, quid ad hanc dissertationem conscribendam me impulerit, quam, ut summos in jure honores capessere possem, nulla urgebat lex. Breve erit responsum. Non gloriolae assequendae cupidine ductus fui, nec stimulavit me temeraria cogitatio, me quid prolaturum esse, unde fructus consequeretur juris scientia, sed ut ipse discerem, hac ratione studiis finem imponere volui, etiamsi jam diu mihi tempus fuerit Academicam relinquendi, et saepe a senioribus audivissem, non leve tironi esse negotium in vasto jurium campo idoneam invenire scribendi opportunitatem, multasque rei inesse difficultates. Luberter etiam profiteor me diu haesisse, antequam mearum virium periculum facerem. At peritiorum doctrina et auxilio fretus et non minus judicium, si qui mihi contingant, clementia sisus, tandem de uno alterove juris publici argumento agere statui, quae disciplina inter varias jurisprudentiae partes prae ceteris mihi arridebat. Quum ipse de tractanda materia cogitare coepissem, mox tamen cernerem, non esse rem omni cura exemptam, adii

Praeceptorem aestumatissimum, Clar. VREEDE, qui non solum eadem humanitate, qua omnes discipulos, et me consulentem excepit, sed etiam nonnulla digna quae accuratius inquirantur proposuit argumenta, inter quae maximopere mihi placebat illud juris publici Batavi, de finibus potestatis civilis et ecclesiasticae sub Comitum regimine. Non me fugiebat, plurimos consulendos fore auctores, quorum scripta adhuc ignorabam, et justo non vacuus eram metu, ne opus susciperem viris potius relinquendum doctrina praestantioribus. Suadente tamen Praeceptore, et unico discendi non docendi ardore incensus, illud argumentum inchoavi. Postquam vero aliquamdiu cum in fontibus investigandis tum in adnotationibus colligendis versatus essem, adeo magna exstitit rubricarum multitudo et diversitas, ut singulis operam dare quoad tempus nec voluerim, nec quoad vires potuerim. Quot quantaque enim ad talem disquisitionem rite absolvendam pertinuisent, unusquisque facile intelliget, cui exempla in promptu sunt, quae in Commentario suo de Republica Batava celeberrimus exhibuit PESTEL, qui nempe inter alia mentionem

fecit de jure Placeti 1), — de Principum edictis, quae religiosos et clericos acquirere res immobiles vetant, — et jurisdictionem ecclesiasticam nimis dilatatam coercent, — de jure fundandi Abbatias, — de jure Patronatus, — de Advocatiis ecclesiasticis. Harum rerum gravitate perpensa, et mecum simul reputans non omnes partes eandem mihi praebere tractandi voluptatem aut dicendi opportunitatem, quodammodo a proposito destiti, et, intra angustiores terminos scribendi materiam includens, sponte in quaestionem incidi de jure Placeti. Haud novam profecto esse materiam, non est, quod negem. Habuit olim hoc jus suos fautores et defensores, nec etiam ei defuerunt inimici, uti et hodie non pauci fortiter pro ejus observantia pugnaverunt, alii admodum ei adversati sunt. Sed procul dubio historiae testantur monumenta, Jus Placeti ab omni memoria in Belgii

1) Illud jus in opere laudato (ed. Lugd. Bat. 1795) vol. I. p. 406, ita descripsit auctor: «Principes Belgii, quantum possent, operam dederunt, ut et jura imperii sui, et jura ecclesiarum in finibus suis congregatarum, inviolata custodirent. — Non passi sunt, rescriptis, mandatis, edictis Aulæ Romanae pareri, nisi postquam illis exhibitis et consideratis intellexissent, ea nec de Principis, nec de Ecclesiae in Belgio fundatae, juribus quicquam detrudere.»

provinciis valuisse, et Summum Imperantem, dignitatis suae officii memorem, hujus juris vindicatione unice cavisse, ne quid Respublica, seu civilis seu ecclesiastica, detrimenti caperet. Unum hoc Lectorem admonitum esse volo, me non nisi historiam illius juris in patria nostra tradere studuisse. In elaboranda hac disputatione neutram potissimum partem secutus, ea tantum pro virium tenuitate communicavi, quae inveni et intima persuasio dicere permisit. Quanto ingenii acumine, inter recentioris aetatis auctores, in arduum nostrum argumentum inquisiverit Vir Clar. KRIST, quantaque diligentia, etiam quod ad patriam, egregium suum perfecit opus: »Onderzoek naar het vorstelijk Regt van Placet'', non est quod moneam. Nimiae vero arrogantiae merito arguendus forem, si unquam opinatus essem, me rem melius expositurum, aut gravissimam quaestionem facilius soluturum esse. Quid tamen habeam, quod simul aliis respondeam Viris, hac de materia bene meritis, nisi sit illud, me ab una parte quam maxime collegisse, quae adhuc essent dispersa, ab altera vero facilem me dedisse ad quaes-

tionem aditum, nonnullaque addidisse documenta, hucusque minus vulgaria nec omni pretio destituta. Ut quodammodo generalis haberetur conspectus, illius juris vindicationem, liberae Reipublicae tempore, leviter adumbrare tentavi. Huic tamen periodo non eandem auctoritatem ac Comitum aevo tribuendam esse ratione usus Placeti, quis denegabit? sed nihilominus perperam fecisse mihi viderer, si eam prorsus silentio praeteriissem. Sufficiant haec de proposito. Sine dubio, benevole Lector, multos in hoc Specimine invenies errores; plurima in eo desiderari, persuasissimum mihi habeo. At tuam imploro benignitatem, et aequo te animo ita affectum esse spero, ut a juvenili labore haud ea expectare velis, quae maturioris demum aetatis sunt.

»Populo his moribus ab omni memoria assueto, exemplis tam illustribus demi instructo, tot rationibus et nationum consensu suffulto, atque adeo adstipulatione ipsius Pontificis munito, qui nunc bullas quasvis in Aërie Campi Florae promulgatas, pro legibus obtrudi posse volunt sine Placito Principis, sine examine Conciliorum Regionum; idque Proceribus Romanae Curiae, blandiloquentiâ suâ confidenter inculcant: eos ego neque probos cives esse ajo, quod praesentem Reipublicae statum, et res bene compositas conturbent; neque bonos Romanis Consiliarios, suggerentes consilia in praesens speciosa, eventu turbida et effectu cassa futura.»

(STOCKMANS, *Jus Belg. circa Bull. Pontif. recept. in fine*).

PARS I.

DE USU PLACETI IN BELGIO SUB COMITUM REGIMINE.

CAPUT I.

DE DEFINITIONE ET ORIGINE PLACETI.

Nonnulli antea, plerique ex Italia Doctores, ad auctoritatem Pontificiam augendam contendunt, Romae factam publicationem constitutionum Papalium sufficere, ut omnes ubique Christi fideles ea obstringerentur. Verum in aliis Europae partibus non pauci viri docti evidentiter ostenderunt, nulla Rescripta aut Bullas Romanas sine praevia examinatione admitti, et, nisi consentiente Summo Imperante, effectum sortiri. Ita apud nostrates egregie probatum est, nulla Romana Decreta vim

legis obtinuisse aut executioni mandari potuisse, nisi a Principe vel ejus Ministris prius examinata, et si legibus Civitatis non adversarentur, eorum consensu munita fuissent. Vir celeberrimus STOCKMANS in peculiari tractatu, *Ius Belgarum circa Bullarum Pontificiarum receptionem* 1), ostendit, harum Provinciarum incolas non obligari Bullis, Romae duntaxat promulgatis, et omnino singularem publicationem et Principis consensum requiri. Ait, quosdam novarum rerum studiosos homines inveniri, qui »quidquid collibitum fuerit Romanae Curiae figere in Acie Campi Florae” id Belgis leges esse statuunt; ad quam inauditam novitatem compri-mendam quidam viri operam dederunt, ut inquirerent, quid ea in parte apud Belgas usitatum fuerit. Posteriori tempore, Juris Canonici peritissimus VAN ESPEN, unius omnium acutissime hanc materiam tractavit 2), et luculenter exposuit pluribus titulis convenire, leges ecclesiasticas, etiam

1). Cf. P. STOCKMANS, *Opera omnia*. (BRUX. apud Judocum de Griek et Franciscum f Serstevens. 4^o.).

2) Cf. VAN ESPEN, *Scripta omnia*. (Lovanii 1755) t. IV. p. 125 seqq. *Tractatus de promulgatione legum Ecclesiasticarum, ac speciatim Bullarum et Rescriptorum Curiae Romanae; ubi et de Placito Regio, quod ante earum publicationem et executionem in Provinciis requiritur.*

Pontificias per singulas dioeceses publicari, et nulla Curiae Romanae decreta in his nostris regionibus executioni mandari potuisse, nisi antea visa, examinata et juribus consentanea iudicata, illam Principis approbationem impetrassent, quae vulgo apud nos *Placetum* vocatur.

Videamus quam brevissime, quaenam argumenta auctor attulerit, quibus *generaliter* illa per singulas Dioeceses publicatio defenditur, ut loco magis opportuno infra animadvertamus, quibus rebus et factis in patria nostra eorum refellatur opinio, qui illam Romae factam promulgationem unice sufficere existimant.

VAN ESPEN dicere incipit, nullam legem habere vim obligandi, antequam promulgata sit. Ita concludunt Doctores, »legem a Legislatore conceptam, scriptam, quin et ejus mandato impressam, et ejus sigillo signatam et in Consistorio Principis probatam, vim nullam legis habere, nullamque inducere obligationem, nec conscientias constringere, priusquam rite fuerit promulgata.» Populus enim promulgatione demum scire potest, quid legislator sua lege fieri velit vel omitti jubeat. Ne unquam legis ignorantiam quis praetendat, necesse est, ut talis lex sen commune praeceptum universo populo innotescat.

Porro, lex si feratur a Principe pluribus sibi subiectis Provinciis, ita publicari debet, ut omnes legis notitiam habere possint; quod eo facilius erit, cum singulae Provinciae Civitatesque suos habeant magistratus, quibus earum cura mandata est. Hoc modo aequabiliter legis scientia ad omnes pervenit, quod non semper efficitur una generali promulgatione, quae e longinquo fiat. Cum insuper plura in tali lege occurrere possint, quae propter magnam consuetudinum, privilegiorum statutorumque diversitatem, huic illive Provinciae seu Civitati minus convenient, singularis ea publicatio hanc praebet utilitatem, quod legis incommodum sublevari, ejusque durities mitigari possit. Eundem per Provincias promulgationis modum ipsi secuti sunt Imperatores Romani, idque non tantum in Civilibus 1), sed etiam in Ecclesiasticis legibus 2). Nec minus ipsam

1) Cf. Novella 66. cap. I. *«Sancimus igitur ex illo nostras constitutiones, quae pro testamentis sunt, valere, ex quo in commune factae sunt manifestae. In provinciis autem, ex quo discretae per Metropolitas palam factae sunt, vel postea factae fuerint.»* Deinceps in Novellae Epilogo mandatur: *«Quae igitur placuerunt nobis, et per hanc sacram declarata sunt legem: praeceptis propriis tua eminentia omnibus faciat manifesta, et qui in hac maxima civitate, et qui foris inhabitant: quatenus omnibus fiant palam quae a nobis pro omnium cautela sancita sunt.»*

2) Cf. Novella 6, in Epilogo.

Ecclesiam a primis saeculis eandem per Dioeceses publicationis formam servasse constat 1). Quo tempore tamen illa specialem assumerit publicationis formam certo dici nequit, sed tandem invaluit mos publicandi per affixionem in quibusdam Romae publicis locis 2).

Antequam ad Placeti historiam in patria nostra enarrandam transeamus, supervacuum non erit hujus juris definitionem exhibere. Profecto certiore duce non habemus quam eum, quem jam laudavimus, VAN ESPEN, cujus operi in toto hoc argumento propter amplam expositionem et monumentorum appendicem permulta debemus. Ejus sententia maxime nobis commendanda videtur. »Litterae Placiti, ait, sive ut alii loquuntur, litterae *Pareatis*, vel *Exequatur*, sunt litterae sive *Patentes*, ut vocant, quibus Princeps permittit publicationem et execu-

1) Cf. STOCKMANS, *Jus Belgarum*, p. 193 seqq. — VAN ESPEN, l. l. p. 125 seqq.

2) Cf. VAN ESPEN, l. l. p. 128 »*Decreta quippe Romana, sive immediate a Pontifice, sive a Congregatione Cardinalium in modum legis concepta, consuevere per Cursorem Apostolicum affigi et publicari ad vultus Basilicae Principis Apostolorum, Ecclesiae Lateranensis, vel in acie Campi Florae, aliisque locis solitis.*» ccl. — Cf. eod. pag. 150 seqq. § 6 et 7, ubi auctor refutat quae interdum afferri solebant, ad solam Romae factam publicationem defendendam.

tionem Bullarum seu Rescriptorum, quae in suas ditiones e Curia Romana invehuntur. Vocantur autem litterae *Placiti*, ut significetur, Bullas seu Rescripta per Principem ejusve Curias discussa, ipsi non displicere, ideoque sibi placere, ut executionem in suis ditionibus obtineant, et effectum sortiantur juxta morem et stylum in suis ditionibus usitatum: id ipsum verbo *Pareatis*, vel *Exequatur* alii significatum volunt." Ex hisce apparet Placetum nihil aliud esse, nisi consensum Principis, litteris conceptum, quibus obtentis demum, Bullae Apostolicae promulgari et executioni mandari possint: nomen quod tali concessioni datur, ut vidimus, saepe ratione regionum differt, licet re ipsa nullum adsit discrimen. Infra Placeti argumentum diligentiori examini submittere conabimur; hoc loco ejus definitionem praemittendam putavimus, ut melius inquirere possimus, quo tempore circa Bullas Pontificias prima vestigia talis licentiae a Principe impetrandae inveniantur.

Placeti origo interdum deduci solet jam ex legibus Justinianicis, scil. ex Novella 6, ubi Imperator in Epilogo dicit: »Sanctissimi Patriarchae haec proponant in ecclesiis sub se constitutis, et manifesta faciant metropolitae, quae a nobis con-

stituta sunt: illi quoque rursus constitutis sub se episcopis manifesta faciant: illorum vero singuli in propria ecclesia haec proponant: ut nullus nostrae Reipublicae ignoret, quae a nobis ad honorem et augmentum magni Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi disposita sunt." 1). His verbis apparet, re vera nudam publicationem generalem non sufficere, sed omnibus ecclesiae praepositis singulatim fieri debere. Attamen ex hoc loco effici nequit, quo tempore Principes ecclesiae constitutiones ante earum receptionem, praevio suo examini submittere coeperint; ea de re nullus poterat esse sermo his primis saeculis, quibus Imperator summam habebat potestatem in Ecclesiam, quae ejus auxilio indigebat, nec aliquid facere poterat cui non consensisset. In eo tantum Novellae verba quodammodo cum jure Placeti congruunt, quod nobis id proponunt, cujus loco posteriori aetate jus Placeti invaluit 2).

RAEPSAET contendit fundamentum et finem Placeti inveniri in illo Capitulari, quo rex SIGEBERTUS Episcopum DESIDERIUM vetuit adire Concilium Pro-

1) Cf. STOCKMANS, I. I. p. 495. — VAN ESPEN, I. I. p. 125. — *Archief van KIST en ROYAARDS*, dl. XIV. p. 431 seqq.

2) Cf. *Archief*, dl. XIV. pag. 455.

vinciale ad quod convocatus erat ab Episcopo VULFLENDO, cui rex scripsit, nullum Concilium haberi posse sine suo consensu 1).

Etiam si ex hoc documento pateat, ante omnia regalem cognitionem praecedere debuisse, nobis tamen videtur ei non attribuenda esse ea vis, quoniam ecclesia, licet multis gauderet privilegiis magnaue auctoritate munita esset, illo aevo regiae potestati sine dubio subjecta erat. Quomodo enim Placetum cogitari potest, dum ipsa Ecclesiastica legislatio maxima ex parte a Summo Imperante adhuc emanabat 2)?

Inerescente vero sub GREGORIO VII dominatione Pontificali, cum Papis non amplius sufficeret spirituale imperium, sed etiam saecularibus negotiis se

1) Cf. J. J. RAEPSAET, *Oeuvres complètes*, t. IV. pag. 12.

2) Cf. GUIZOT, *Cours d'histoire moderne*, 1828. 12^e. leç. assert factum a jurisconsulto RAEPSAET memoratum et postea addit. »*Les monumens ou les actes mêmes de treize conciles, rassemblés dans les VI^e. et VII^e. siècles, expriment formellement qu'ils ont été convoqués par l'ordre, ou tenus avec le consentement du roi. Et ce consentement est nécessaire non seulement pour la convocation, mais souvent pour la mise en vigueur des canons une fois rendus. Je ne doute pas cependant (ita pergit) qu'en ceci le fait ne fût très souvent contraire au droit reconnu, et qu'une foule de conciles, surtout les simples conciles provinciaux, ne se réunissent et ne réglent leurs affaires sans aucune autorisation.*»

immiscere coepissent, inde ab eo tempore Principes sibi a Romanis Decretis paullatim cavere instituerunt. Ubique Summi Pontifices magis magisque auctoritatis suae fines extendere conabantur, et hoc plerumque in magnum libertatis populorum detrimentum. Vix aliter fieri poterat. Cum temporalia sibi arrogare vellent, inde necessario consequatur hoc saepe locum non habere, sine jurium Principum subditorumque laesione cum magna publicae quietis perturbatione. Non mirandum etiam, ipsos ecclesiasticos Paparum usurpationibus nitentes, potestatem suam dilatasse, et imprimis jurisdictioni saeculari multas detraxisse causas, quae ad cognitionem suam proprie non pertinerent: multa hinc oriebantur incommoda et querelae. Historia plurimum Europae gentium testatur, quam acerbe Principes nonnulli, hi majori successu, alii minus feliciter, injustis illis Aulae Romanae conaminibus et usurpationibus restiterint, et efficacibus legibus aliisque modis contra ea se defenderint. Et si animadvertamus, illos Principes Catholicos fuisse, qui, ecclesiae Constitutionibus alioquin piam reverentiam et sanctam obedientiam praestantes, primi sese Pontificum ambitioni opposuerunt, profecto dicendum est, eos non animi levitate, debitum erga ecclesiae caput

officium neglexisse, sed necessitate adactos munimentum quaesivisse, quo Curiae Romanae excessus reprimere possent, qui non solum saeculari potestati, sed et civitatis et ipsius ecclesiae saluti admodum nocebant. Illud malum sine dubio melius non avertere poterant Principes, quam eo jure utentes, quo generaliter omnia extera, sed imprimis Romana Decreta approbatione sua indigere voluerunt, priusquam ullum effectum haberent.

CAPUT II.

DE CONTENTIONIBUS POTESTATEM SAECULAREM BELGII INTER ET CURIAM ROMANAM.

Quamquam antiquissimorum temporum usus Placeti exempla non occurrant, probari tamen potest, nostrates mature non indiscriminatim exteras ecclesiasticas ordinationes admisisse, sed Bullarum Pontificiarum invectionem, quae civitati periculosae viderentur, omni ope prohibuisse.

Ita magistratus Trajectensis jam anno 1365 decrevit, omnes inhibitiones, citationes monitionesque pror-

sus veritas fore, sic statuens: »Wert overdragen mit out Raet ende mit nywe, waer eenich man of wyf, geestelyk of weerlyk, die eenige inhibitie impetreeerde op onsen borgeren, of op ymand, die woenaftig is in der stat, of in der stat vryhede, die soude tien jaren uter stat wesen, ende een mile van der stat; ende eenich man of wyf, geestelic of weerlic, die de inhibitie brochte, die soude oock tien jaren uter stat wesen, ende een mile van der stat, alse voersz. is, nochtans zoude die Raet van der stat die inhibitie weren. Ende dit voersz. punt heeft de Raet van der stat, out en nywe verclaert aldus: Overmits gebreck, dat daer in gevallen is, ende noch vallen mochte, zoo wie enich processen, het zi inhibitien, citatien, of monitien impetreeerde op onsen borgeren, ofte op yemant, die woenaftig zyn in der stat, ende in der stat vryheden, ofte anders enige brieve, anders dan gemeen citatien, monitien, ende excommunicationen, alse van outs haer toe gewoente geweest heeft, die zel liden dat zelve sententie voersz. dat is, te weten, dat hi tien jaer lang uter stat wesen zel, gelyc of 't een inhibitie waer." 1).

1) Cf. JOHAN VAN DE WATER, *Groot Placaatboek*. dl. III. pag.

Haud dissimiliter anno 1382, WENCESLAUS et JOANNA Duces Brabantiae, citationum mandatorumque ecclesiasticorum invectionem interdixerunt 1), exceptis causis testamentorum, bonorum ecclesiasticorum et contractuum antenuptialium 2). Magistratus Trajectensis

285. — Si hujus poenae exemplum quaeratur, legatur BURMANNUS, *Utrechtsche Jaarboeken*. dl. II. p. 48, cui addatur quod ex actis Ultrajectinis protulerunt MATTHAEUS, *de Nobilitate* p. 508. et DE CHALMOT, *Aant. op Winhoff, Landrecht van Averissel*, (Campen 1782), pag. 528. *Want JANNES VAN MEKEREN Jans soen VAN MEKEREN ene CITATIE met eenre INHIBITIE binnen onse Stadt van buten gebracht, ende die geezequiërt heeft tegens onse ondersaten, twelck tegens ende contrarie onser Stadt rechten is, daerom hebben die Raide out ende nywe overdragen, dat men den voorsz. JANNES onse Stat verbieden sal X jaer langh, ende ene mile van der Stat te bliuen, ooc ewelicken uter Stadt te wesen op syn lyff. Ende want HENRICK VAN HUESDEN Priester die voorsz. Citatie ende inhibitie impetreert ende verworven gehadt heeft contraire die voorsz. onse rechten, daerom zelmen dat tegens hem vervolgen met rechte, daer des geboerlicken zyn sall."

1) Cf. VAN HEURN, *Historie der Stad en Meyerye van 's Hertogenbosch*. dl. I. p. 526.

2) Hoc me ex actis benivole monuit vir doct. C. R. HERMANS, tabularius ac Bibliothecae Sylvaducensi praefectus. — Idem mecum historiam facti communicavit, cujus mentio occurrit apud V. HEURN, eod. p. 525. Nimirum Sylvae-Ducis magni exstiterunt motus occasione controversiae testamentariae, quum civis quidam duabus aliis personis testamento legatum reliquisset: defuncti propinqui, sibi injuriam factam esse putantes, et cistula rem legatam continente potiti, in coemeterium se contulerunt, ut ibi futius praedam inter se partirentur. Legatarii urbem tam magno tumultu impleverunt, ut scabini propinquos illos ex asylo detrahi et securi percuti jusserint;

anno 1403, citationum prohibitionem renovavit, teste BURMANNO 1). Tale decretum magistratui necessarium visum est, ne cives pretiosis et molestis litibus Romae aut alibi vexarentur, et inde potestas ecclesiastica in eos nimis cresceret. Cives enim non aliter in causis saecularibus conveniri poterant quam coram consilio municipali (*Raad*), 2) et nihilominus saepe sollicitabantur litteris a Curia Romana aliisque locis impetratis.

quo facto episcopus totam urbem excommunicavit et magistratus anno 1367 procuratores Romam miserunt qui ei litem intenderent. Curia Romana post multorum annorum spatium interdicti poenam sustulit. Documenta authentica adsunt et jurisdictionis ecclesiasticae cognitioni inserviunt: illorum editionem Societas litteraria Brabantiae Septentrionalis viro doct. HERMANS mandavit.

1) Cf. *Utr. Jaarb.* dl. II p. 48.

2) Cf. MATTHAEUS, *de Nobil.* p. 306. «Ende en zel geen man de onse Borger is, enen anderen Borgher beclagen buter der Stat om enigerhande dinghe, ende so wie dat dede, de hadde de Stat een jaer verboert, darment bedraghen mochte mit twee witaftigen mannen.» (ex charta vulgo *de Gildenbrief* dicta anni 1304).

Cf. *cod.* »In den 1577 des Woensdachs na Sint Valentijns dach, overdroech den Raet out ende nye, want sy ter waarheyt gevonden hebben, dat nye minschen van onsen Borgeren, de zyn lyf verboert hadde, ende daermen over rechten soude, gebrocht was voor onsen Heere van Utrecht in syn Hoff. Daerom so wilt die out Raet ende Nye voertaen also houden voor onse oude hercomen ende rechten, voor der Scoute ende Scepenen ter bancken, off mitter Clocken, also alst van outs haer gecomen is.» (extractum ex libro *Hirsuto*). Anno 1458 wert overdragen, so wie enighen Borgher van Utrecht bespreken wil, dat sel hy doen voor den Rade van der Stat, en nergens anders. (extractum ex libro *Rosarum*).

Recte igitur potestas, cui cura civitatis mandata erat, praecavit ne cives harum litterarum admissione, tum ipsa evocatione, tum expensis exhaurerentur eorumque jura pessum irent.

Florente ideo hierarchia, nostrates ostenderunt, se ecclesiasticas usurpationes pati nolle. Quam cauti fuerint in omnibus, quae e Curia Romana in has ditiones invehebantur, praeterea videndum est ex multis documentis quae nobis relicta sunt.

Ex alio ejusdem magistratus decreto in promptu est, quam periculosae Romanae bullae seu litterae existimarentur. Anno scil. 1399 hoc statutum fuisse invenimus sub rubrica *bullen lesen*: »Dese twe punten, die hier na bescreven staen, syn overdraghen met den rade van der stat, out ende nywe: Inden yersten, dat nyemant van onsen borgheren ofte van den ghenen, die in onser ende in onser stat vriheden woenaftich syn, die werelike personen syn, *bullen lesen en sullen, nochte doen lesen, nochte daerbi wesen en sullen, daer men se leest op levende personen, noch versameninghe, nochte onruste daeromme maecken en sullen, in gheenre wys*. Ende waer yemant, die dit verbrake, die soude rechtvoert bi sonneschyn uter stat gaen ende X jaren lanc uter stat wesen ende ene myle van der stat —

ende waer enich weerlick persoen van buten, die hier binnen quame ende bullen lase op levende personen, ofte daerbi waer, dat men se lase ofte versameninghe ofte onrust makede, ende hem daeroff misschiede, daer en woude de raet van der stat geen bewynt off hebben, ende daertoe soude hi X jaer lanc uter stat wesen ende ene mile van der stat 1)." Illud op *levende personen* attendendum est: scil. Pontifex praebendas aliaque beneficia conferre solebat bullis et brevibus; videtur autem in detrimentum eorum, quibus antea ejusmodi munera concesserat et qui adhuc inter vivos erant, interdum eadem aliis indulsisse 2). Multi inde oriri debebant

1) Cf. DODT V. FLENSBURG, *Archief voor kerkelyke en wereldsche geschiedenissen*, V. dl. p. 69.

2) Cf. *Utr. Jaarb.* dl. I. p. 464 (anno 1455) »Ende want wy mogeliken beducht voir meer bloutstortinge, manslachte, oirlogen, en alle quaet, dat de kerken, hore Staten, ende ons ende andere steden, Londen, ende luden des Gestichts van Utrecht dair van comen mochten, ende om ummer dat te verhueden, soe verbieden die Raet out ende nywe voirscreven, dat nyemant, hy sy geestelic of weerlic, op enigen geesteliken levenden personen, die jair ende dach in synre provende of in andere benefieien geseten heeft, off anders alhier by der kerken ende by ons in der kerken, ende onsen laste gebleven syn, enige bullen, processen off oude brieven en thoen, en lese off en exequier, off lesen, thonen off exequiren en doe, ende dat dair nyemant by en gae, noch by stae, dat te sterken off te tuegen, mit scriften, off mit woirden off anders in eniger wys." Copiosus verborum usus satis ostendit, magistratum omnem opportunitatem nocendi arcere studuisse.

errores in ipsa ecclesia et rixae sanguinolentae non raro inde profluebant. Merito magistratus, perturbationes et dissensiones metuens, bullarum lectionem et executionem vetuit.

Aliud documentum afferre nobis liceat, ut persuasum habeamus, Papam bullarum concessione nonnunquam aliis injuriam fecisse, et magistratum coactum fuisse illarum invectionem repellere. Cum, mortuo FREDERICO A BLANKENHEIM, sedes Episcopalis Trajectensis vacaret, capitula statim ad novam electionem processerunt. Licet multi essent competitores, pluribus suffragiis RUDOLPHUS A DIEPHOLT electus fuit 1). MARTINUS V autem Papa antecessorum usurpatione nitens, Episcopum, quem non ipse elegisset, confirmare recusavit, et sedem contra tribuit Episcopo Spirensi, cui, vivo adhuc FREDERICO A BLANKENHEIM, ut narratur, illud beneficium indulserat 2): Spirensis vero Episcopus sedem Trajectensem SUEDERO A CULEMBORG cessit. Post breve tempus hic SUEDERUS confirmationem a Papa obtinuit, et bulla Trajecti promulgabatur. Magistratus Trajectensis et

1) Cf. *Utr. Jaarb.* dl. I. pag. 284.

2) Cf. VAN RYN, (*Aant. op VAN HEUSSEN, Kerk. Outh.* dl. I. pag. 198. N^o. 2.).

vicinae urbes id aegre tulerunt et ad Papam appellaverunt; at frustra querelas exposuit Pontifici earum legatus, qui insuper Romae in carcerem conjectus fuit 1). Capitula voluntati Pontificis, salvis suis juri- bus, paruerunt 2); clerus, ordo equester et urbes contra declaraverunt se RUDOLPHUM postulatam tuitura esse. At SUEDERUS probe sibi conscius se magistratus Trajectensis benivolentia indigere, huic morem gessit, jura civium inviolabiliter se servaturum promisit, et tandem inauguratus est. Cum mature tamen, spretis privilegiis, omnes saevitia sua offenderet, RUDOLPHUS A DIEPHOLT excommunicatus, in urbem introductus est, et ab ordine equestri et urbe 3), quibus postea etiam clerus se junxit 4), oblato ei regimine, *Protector* salutatus est. Magistratus Trajectensis omnes processus et litteras citatorias, contra RUDOLPHUM a SUEDERO expediendas, prohibuit 5).

1) Cf. *Utr. Jaarb.* dl. I. pag. 290. seqq.

2) Cf. *Utr. Jaarb.* dl. I. pag. 305.

3) Cf. *Utr. Jaarb.* dl. I. pag. 329.

4) Cf. *Utr. Jaarb.* dl. I. pag. 336.

5) In Actis publicis Trajectensibus invenimus (St. Remeys dach anno 1426) »Daeromme verbiet de Raet, dat hier niemant in brenghe enighe daghebriefve, maenbriefve, banbriefve, of enighe andere processen van wegen des Bisscops voersz., syns Officiaels, of ymant anders. Ende ymant die dit verbrake, ende hier enige briefven voersz. brachte heymelic of openbaer, hy waer man of wyf.

Anno sequenti urbis magistratus rursus simile quid decrevit et bullarum Papalium invectionem distulit, donec Papa eas utpote injustas revocasset. BURMANNUS ejus rei paucis verbis mentionem fecit: 1) ipsum documentum in tabulis publicis videre mihi contigit, et dignum mihi visum est quod hac oppor-
tunitate commemorarem.

»Want onsen Genedigen Heer den Postulaet der Ecclesien, den Ridderen, knapen onser Stad en den anderen Steden en gemene goeden luden slants van Utrecht, en haren procuratoren en vrunden in horen name, eenwerf, anderwerff en derdewerff in den Hove van Rom en gesent omme recht te begeren, recht t' eyschen en te vervolgen openbairlick, van den Paecus rechters gewygert is; hore en onse vrunde dair eerst mit onrecht gevangen en nae mit smetenisse in groten vresen van dair en wech gewyst syn, dat nye in der werelt meer gehoort en is, ende die Paecus dairtoe bij onwraftigen anbrengen, fizierden meeren, alrehande bullen en

dat woude de Raet oick rechten aen syn lyf, als voerz. is." Cf. MATTHAEUS, *Anal.* t. V. pag. 449 (editio 2.) qui dicit hoc decretum factum esse, quod admodum notabile est, *sine equestri ordinis sine cleri consensu. Id urbi jam olim jus erat.* ait. Cf. *Utr. Jaarb.* dl. I. pag. 531.

1) Cf. *Utr. Jaarb.* dl. I. pag. 547.

brieve tegens onsen Heer der Ecclesien, lieren personen, Ridderscap ende ons en tegens onsen goeden rechten, onsen vrunden en wederpartyen gegeven heeft, so ons aangecomen is; dat de Paeus, onsen Heer der Kerken, Ridderscap en ons allen mit openbaren onrechten doet, want onse Heer die Postulaet, de Clesie, Ridderscap off een of de andere Stede en lude, nye van eniger saken then rechte geroepen of verwonnen syn, ende onse procuratoers en vrunde dair omme ende van allen onrechten bullen, processen, brieve, tegens hem en ons uitgegeven, ter goeder tyt geappelleert hebben tot ten Stoel van Romen en tot onsen Vader den Paeus als hy mit sinen gemene Consilio then rechte sitten sall; ende om te verbueden, dat wy hier en boven mit meer onrechts niet belast en werde: So verbiet die Raet van onser Stadt, allen personen, manne en wive, dat niemant alhier in onse Stat ofte Stat vryheden, enige Paeus bullen, processen, dagbrieven, manebrieven, banbrieven of andere Roemsche brieven en brenge en thone of en lese, of lesen of thone en doe, heymelic of openbaar, by dage of by nachte in eniger wys. Ende yemant die dit verbrake, dat willen die Raet rechten an syn lyff; ende dit tegenwoordige onse verbot sal staen en

dueren totten generalen Consilie toe naest comende of thent die Paeus, onsen Heer der Clesien, Ridderscap, ons en den anderen steden en goeden luden slants van Utrecht openbair recht doen sall, als recht is, ende die Paeus wederroepen heeft alle bullen, processen ende brieve mit onrecht aldus teegens ons gegeven en uitgesent; want onse Heer, die Ecclesie, Ridderscap, een en die andere Steden, anders niet dan recht en begeren" 1). Exemplis his prolatis ostendimus, Pontifices jam pridem in juris patrii detrimentum et ad publicae tranquillitatis perturbationem sibi nimia arrogasse; sed etiam procul dubio vidimus saecularis magistratus providam laudabilemque curam in avertendis malis, quae ab Aula Romana metuebantur.

1) Cf. *Buerspraeck-Boeck* van 1425—1432. fol. 108, 109. (anno 1427. des manendags nae Galli).

CAPUT III.

DE USURPATIONIBUS CLERI BELGICI ET JURISDICTIONIS
ECCLESIASTICAE ET CIVILIS CONFLICTU.

Hucusque ea notavimus quae nobis apta videbantur ad probandum, quantopere olim nostrates dominationi ecclesiasticae peregrinae invigilaverint. Neque tamen exemplis caremus, quibus confirmari potest, eos etiam reprimendis usurpationibus domesticis magnam dedisse operam. Documenta testantur eorum conatus eo tetendisse, ut publicae saluti faverent eamque stabilirent. Legitimae vero ecclesiasticorum auctoritati nunquam obstiterunt, si modo praefixos non transgredirentur terminos. Historia patriae luculentas praebet probationes, ecclesiam sancti officii immemorem non solum saecularibus se immiscuisse, sed, quod pejus, in magnum saepe incolarum damnum alienos fines invasisse. Hoc malum avertere unicum nostrorum Principum fuit consilium: quamobrem tam frequentia invenimus diplomata ad jurisdictionis ecclesiasticae vexationes arcendas et abusuum numerum minuendum edita.

Quis enim eminens illud privilegium de non evocando prorsus ignorat? »Qui ingenia institutaque Belgarum habent perspecta, sciunt, nihil illis fuisse unquam antiquius aut enixiore studio a majoribus posteritati traditum, quam ne peregrinis vel legibus, vel judiciis obnoxii viverent,» ait STOCKMANS 1). Et re vera ab antiquo in hisce regionibus invaluit privilegium, ex quo nullus sive clericus, sive saecularis ab invicem neque ab extraneo in prima instantia extra patriam in jus vocari poterat. Multa monumenta id abunde confirmant. Cujus rei concordatum, Ducem Brabantiae inter et Civitatem Coloniensem anni 1251, nobis offert exemplum, quo ordinabatur: »Nec occasione ipsorum debitorum, conventionum vel pactionum alter alterius res vel personas in civitate Coloniensi vel in terra nostra accipere poterit vel arrestare 2)». Porro, si auream illam bullam a CAROLO IV, Romanorum Imperatore, JOANNI Brabantino concessam, inspiciamus, confestim nobis persuasum erit, idem privilegium ea sancitum fuisse: omnes deinde Prin-

1) Cf. STOCKMANS, *Opera omnia*, in tractatu: *Defensio Belgarum contra evocationes et peregrina judicia*, pag. 247.

2) Cf. *Placcaeten van de Hertoghen van Brabandt, t' Hantwerpen* 1648. dl. I. p. 545.

cipes in Laeto Introitu Brabantiae solenni juramento idem promiserunt. Sic anno 1355 WENCESLAUS et JOANNA juraverunt »dat niemandt van onseh voorsz. Lande buytens lants en sal mogen dagen van eenigerhande saccken vuytgescheyden van testamentē, van houwelycxse voorwaerden, ende van aelmoessen, ende soo wie dat dade, soude verbeuren syn goet ende syn lyff, ende wy en soude hem nemmermeer onse landt weder mogen geven 1)». In tribus igitur duntaxat causis evocatio indulta erat.

1) Cf. *Placcaeten van Brabant*, dl. I. p. 151. — Videantur Praeterea eod. vol. laeti introitus Ducis ANTONII, p. 142; PHILIPPI BONI, p. 158; CAROLI AUDACIS, p. 173; PHILIPPI PULCHRI, p. 183; CAROLI V, p. 208, Art. 3 »Item, dat de ondersaten onses voorschreven landts van Brabant in den Bisschopdomme van Luycke ende Camerycke, buyten den selve lande van Brabant gheleghen, voor 't gheestelycke gherichte niet en sullen moghen worden betoghen van heuren persoonen oft goeden, die in onsen voorschreven lande van Brabant gheleghen oft gheseten zyn: maer dat die inde Gheestelycke Hoven der selver Bisschoppen binnen den lande van Brabant ghestelt, ghetoghen sullen worden te rechte, alsoo langhe als de selve gheestelyckheyt Hoven inden selven onsen lande van Brabant ligghen sullen, ende dat die selve Gheestelycke Rechteren, maer kennisse nemen en sullen van drye saecken, sonder meer: te wetene, van die weerden oft onweerden van Testamenten, van Houwelycxsen voorwaerden, ende van Gheestelycke gheadmortiseerde goeden, ende niet voordere». — Vid. etiam Bulla Leonis X, qua conceditur Carolo, ne subditi ejus in prima instantia possint extra patriam evocari et conveniri. Cf. *Placcaeten van Vlaenderen*, dl. I. p. 51.

Dudum Trajectensibus anno 1252 a GUILIELMO, Romanorum rege, idem privilegium datum fuerat. Ejus chartulae verba sunt: »dat geen Vorst, Markgraaf, (exceptis tamen Imperatore aut Rege) magt zal hebben om iemand der gemelde Burgeren, of die binneu de stadsmuuren woonachtig zij, in zaaken die het waereldlijke recht alleen betreffen, buiten de muuren der gemelde stad voor het recht te roepen of te ontbieden, of voor iemand in 't recht aan te spreken,» sub pœna mulctæ 1). Quod attinet Gelriam, habetur diploma anni 1310 ab HENRICO Romanorum rege profectum 2): de Tubantia videatur Episcopi JANI A VERNENBORG charta anni 1365 3). Licet tam multa occurrant, quibus illud privilegium de non evocando confirmatur, abunde probari potest, judices ecclesiasticos, quorum cognitioni causae mere spirituales subjectae erant, jurisdictionem saecularem seu ordinariam jam mature usurpavisse.

Non solum cives in civilibus causis citabantur in

1) Cf. v. MIERIS, *Gr. Charterboek* dl. I. p. 268. — DE CHALMOT, *Aant. op* WINHOFF, p. 61, ubi invenitur diploma Episcopi JANI AB ARKEL civitati Trajectensi datum, anno 1362. (mendose 1352). Cf. v. MIERIS *Gr. Charterb.* III. p. 142.

2) Cf. SCHRASSERT, *Cod. Gelr. Zutph.* p. 160, in appendice.

3) Cf. JORDENS, *Diss. de jur. prov. Transisalanicae fontibus.* p. 9, 10. 14.

judicia ecclesiastica, sed etiam molestabantur ut undique Trajectum venire cogentur. Principes intolerabilem istam arrogantiam animadvertentes, providerunt ne, despecta ordinariorum judicium cognitione, ecclesiasticorum jurisdictio continuo augetur, subditorumque jura et privilegia violantur. Sic **GUILIELMUS**, comes Hollandiae, jam anno 1316 Balivum suum jubet ne ullum Trajectum evocari patiatur in causa debiti, quippe cujus cognitio judici saeculari competeret: »Want omme des wille dat men dicke onse poortere van Delf, ende onsen luyden van juwer Baljuscap hier te voren gepynt heeft, alse van te daghene tote Utrecht omme seult ende andere saken, welc wi niet langer gedoghen en willen, waeromme wi ju ontbieden, joff ymant enigen brieff bringet van Utrecht omme jemant te dagen van onsen lande, die te juwen Baljuscap toebehoert, dat ghi den genen, die den brief brenget, van onsen wegen houdet in seker hoede; want wi willen, dat onse lude berecht syn na den rechte van onsen lande van schult ende van andere saken, die den weerliken rechte toebehoren, ende hier of sullen wi ju scadeloes houden 1)».

1) Cf. v. MIERIS, *Gr. Charterb.* dl. II. pag. 164.

Apparet igitur, incolas non raro litteris citatoriis Trajectensibus vexatos fuisse 1), quarum usum, exceptis causis matrimonialibus et testamentariis quae ad iudicem ecclesiasticum pertinebant 2), prohibitum invenimus anno 1328. »Wi WILLIAM maken condit, dat wi gegheven hebben onsen luden van Wieringer-lant gemeenliken, dat men se voirwaert niet daghen en sal buten hoeren lande, ten ware van huwelickssaken, van testamenten, des men niet gelijen woude, jof die geslegen, jof gequeest hadde Papen jof Klereken; dit zal geduren tot onsen wederseggen 3)'. Memoratu perdignum est exemplum, quod nobis exhibuit DUMBARUS. Officialis Episcopi Trajectensis duos ex civitate Daventriensi propter causas non ecclesiasticas in iudicium Trajectinum vocaverat: magistratus vero, juribus privilegiisque ab Imperatoribus indultis nitens, Episcopum rogat ut

1) Cf. v. MIERIS, *Gr. Charterb.* dl. II. pag. 557. (*Gebod aan de Bailiuwen en Schouten van Zeeland om Durve van Campen, die uit Walcheren gebannen was, te vervolgen, wyl ze met Utrechtsche brieven het volk ontrustede, cet.*).

2) Cf. v. MIERIS *Gr. Charterb.* dl. II. pag. 250; anno 1319 inter FREDERICUM Episcopum et GUILIELMUM Comitem pactum fuit, quod officiales tam Trajectenses quam etiam foranei, de ecclesiasticis tantum causis, v. c. testamentis, matrimoniis, et aliis cognitionem haberent, dum causae civiles remitterentur ad iudices saeculares.

3) Cf. v. MIERIS, *Gr. Charterb.* dl. II. pag. 470.

illam evocationem prohibeat. Hic cum responderet non tantopere reprehendendum fuisse Officialem, praetendens quod ex actis pateret, alios antea similiter in causis civilibus cives Daventrienses evocasse, magistratus ea de re appellavit ad Papam, qui in scabinorum favorem controversiam sustulit per bullam anni 1414, in qua haec verba notabilia occurrunt: »Licet opidum Daventriense ultra unam dietam legalem a civitate Trajectensi notorie distet, tamen saepe contingit, aliquos ex opidanis et habitatoribus ejusdem opidi, quandoque per Episcopum Trajectensem seu ejus Officialem extra ipsum opidum ad eandem Civitatem in causis mere profanis seu civilibus trahi, praetextu cujusdam consuetudinis in talibus ab antiquis temporibus observatae, inde opidani atque habitatores ipsi damna et dispendia plurima saepe perpessi fuerunt 1)». Innumera alia exempla prodere possumus, quae evidenter ostendunt, Principes constanter illam civium in causis saecularibus evocationem impedire conatos fuisse; sed videamus potius, quo modo ecclesiasticorum alios abusus procedente tempore refrenare voluerint.

Paullatim nimirum non solum potestatem suam in

1) Cf. DUMBAR, *Kerk. en Wereld. Deventer* dl. II. pag. 56. 57. seqq.

detrimentum patriorum privilegiorum extendere stuerunt iudices ecclesiastici, sed etiam alio respectu jurisdictionis excessus perniciosissimi fuerunt, quorum occasione multae ortae sunt querelae et cleri avaritia magis spectabatur quam justitiae exercendae ardor. Si quaerás specimina earum vexationum quibus sensim quasi obruebantur incolae, fortasse nullam magis idoneam probationem adducere possumus, quam Concordatum illud quod PHILIPPUS Burgundiae Dux cum RUDOLPHO A DIEPHOLT inivit 1). Notum est, Episcopum in suis terris spirituales exercuisse jurisdictionem, sed praeterea per Hollandiam, Zeelandiam Frisiamque Provisores et Decani huic spirituali jurisdictioni ab eo praepositi erant. Hi, cum magnopere sua abuterentur potestate et Provinciarum incolae vehementer ab iis omni modo sollicitarentur, PHILIPPUS subditorum salutem eorumque jura curans, et civilem potestatem munire cupiens, querelarum multitudinem ad Episcopum detulit et conventionem limites certos definire voluit, quos Provisoribus et Decanis in posterum excedere non liceret. Non uno nomine hoc concordatum magni momenti est. Nam, etiamsi nec PHILIPPO nec ejus successoribus

1) Cf. v. MIERIS, *Gr. Charterb.* dl. IV. p. 1029. (28 Febr. 1454).

contigerit molestias illas prorsus avertere, historia tamen docet, inde ab eo tempore ecclesiasticam potestatem majori cura custodiri et melioribus armis impugnari coepisse. Quibus causis hac in re Episcopi Trajectensis consensio tribuenda sit, facile ostendi posse videtur, si rerum statum attendamus. Hucusque profecto querelae non defuerant et licet interdum exaudirentur, potestas saecularis nondum sufficebat reprimendae quotidie crescenti ecclesiae lubidini. Nunc prorsus alia res se habebat. Ecclesiasticorum iudicium arrogantia adeo offendebat, ut ipse Episcopus quaerenti PHILIPPO auxilium detrectare non posset, si languentem erga ecclesiam reverentiam restaurare et concussam sedem episcopalem stabilire vellet. Pollebat PHILIPPUS longe majoribus opibus ac potentia quam ullus antecessorum. Non dubium ideo videtur quin ratio politica Episcopum impulerit, ut PHILIPPI voluntati indulgeret.

Videamus breviter quaenam controversiae illo Concordato anni 1434 componantur, quo praesertim Provisorum et Decanorum avaritia coercebatur. Ita verbi causa ordinatum fuit, ut nemini eorum liceret, litem movere illis, qui necessitate et publica utilitate adacti diebus festis opus facerent, uti in aggeribus instaurandis et fructibus colligendis; neque illis,

qui infantem casu aut negligentia in aquis aut igne suffocatum amisissent 1). Cavebatur etiam ne Hollandiae, Zeelandiae Frisiaeque incolae Trajectum evocarentur »alsoe verre als diegene die men dagen wil, te rechte staen willen voer den geestelicken of waerlicken rechter, daer hi ondersate is, ende die sake alsoe gelegen is, dat die geestelicke rechter daer van kennen ende rechten mach;» item, ne monitionibus et bannis premerentur, nisi praevia facta citatione 2) et cognitione delicti; simul con-

1) Cf. *Handvesten van Enchuysen*. p. 20. Handtv. van Hertogh JOHAN de III, anno 1422. »Voort want alle breucken binnen der Stede voorsz. ons te berechten staen, of onsen Rechten aldaer van onse Heerlyckheydts weghen, soo hebben wy onse goede luyden voorseyt verder gegonnet ende geven, waert dat tot eeniger tydt een kindt aldaer verdroncke of verbarnde, des Godt verhoede, dat die Provisor of Deken van des Proosts wegen, noch geen geestelycke Rechteren, hun des onderwinden of correctie daer of doen sal in gheenre manieren.» Postea vero, fortasse quia ecclesiastici nimias multas exigebant, certa pecuniae summa constituta est. Cf. eod. p. 25. — *Handvesten van Grootebroeck*, pag. 21, et charta iis de Westwoude data a PHILIPPO, anno 1455. »Item, oft gebeurde dat yemant van onsen poorteren voorschreven, niet onghewalle een kindt dat binnen synre jare waer, verloren, in den water of in den vuur, sy den Deken of Provisor voorsz. gheven X schellingen payements voorsz. ende niet meer. Cf. MATTH. de Nobil. II. pag. 592.

2) Quare illa citatio requirebatur? causa effici posse videtur ex WILHELMI Episcopi Trajectensis litteris, Amisfurtensibus datis anno 1298 »Nos WILHELMUS, — praecipimus ut iidem officiales in suis lit-

stare debebat, citationem illam ad notitiam rei pervenisse. Porro pro litteris citatoriis, earum obsignatione et pro nuptiarum clandestine initarum absoluteione 1), non amplius quid exigent Provisores et Decani »dan enen Engelschen Nobel." Neque vexandus erat ille, qui coram iudice saeculari secundum iura civitatis praestitisset iusjurandum, salvo casu perjurii, cujus ad iudicium ecclesiasticum pertinebat correctio. Praeterea statuabatur quod templa et coemeteria eos non protegerent, qui ex insidiis (*mit ingesetter lagen*) homicidium commisissent 2) et criminis laesae majestatis rei essent.

teris citatoriis, quas contra opidanos emittent, causas inantea, ob quas eos vel eorum quemquam citari mandaverint, exprimant, seu expresse conscribi faciant, decernentes processus contra ipsos opidanos de cetero faciendos non teneri et nullius fore momenti, et presbyteros ad executionem talis mandati penitus non teneri, quia per hujusmodi expressionem volumus apparere, an causa sit ecclesiastica vel civilis et ut consequenter liqueat an citatus seu citandus teneatur ad citationem hujusmodi comparere." Cf. MATTH. de Nobil. III. pag. 849.

1) Cf. Diploma iis de WESTWOUDE datum »Soo hebben wy om gunste die wy dragen tot onser Stede van Westwoude, derselver gegonnen ende geconsenteert, soo wanneer dat eenighe heymelycke trouwe geschien ende ghebeuren tusschen onsen poorteren alduer, dat sy daer af geven sullen den Deken of Provisor van West-Vrieslandt V schellingen, sulcke payemente als wy van onsen breucke nemen, in onse Lande van Vrieslandt ende niet meer." Cf. MATTH. de Nobil. p. 594.

2) Cf. v. MIERIS, *Gr. Charterb.* dl. III. p. 525. — DUMBAR Kerk,

Similiter nemo statu et jure clericali gauderet, »die gheen cruun, noch clerekelick habyt en draghet, als 't behoerlick is" et quod pluris refert, »noch die niet en leeft als een clerck sculdich is te doen 1)." Hoc concordato itaque certus con-

en Werelt. Deventer dl. II. p. 52 nobis narrat, »en nog meer oplettenheits verdient het, dat ze (Magistratus Daventriensis) in dat zelve jaer (1412) eenen GEERT KONING, welke zekeren burger dezer Stat, met naeme EGIDIUS VAN BEYNHEM, zonder woort of weerwoort op straet doodelyk hadde gewont, in weerwille der Kloosterlingen met geweld hebbe doen lichten uit de Broederen Kerke en hem met den zwaerde gestraft. Hier tegens verzettede zich de geheele Geestelykheit binnen deze stat, zendende ettelyke afgezanten naer Utrecht met verzoek aan den Kerkvoogt, dat van wege deze gepleegde kerkschenderye op onze Magistraet den kerkeleyken blizem wilde doen nederdaelen; en als dees, van alles volkomen onderrecht, zulks weigerde, namen onze Geestelyken hunnen toevlugt in dezen tot het Opperhoofst der Kerke, hetwelke op 't vertoog, uit naeme onzer Magistraet daer tegens gedaen, hunne klagten van de hant wees, en in het jaer 1415 door eene Bulle, den Aertsbisschop van Keulen toegezonden om die verder aen Deventers Magistraet te doen behandigen, onze Magistraet vrysprak." Porro ipsa Bulla memoratur.

1) v. MIERIS, Gr. Charterb. dl. III. pag. 690, diploma anni 1598, quo ALBERTUS DUX, cum ad ejus notitiam pervenisset, »dat dagelicx sommige gesellen gaen, ende wandelen opter straten binnen onser stee de van Delft, die onsedeliken leven, ende veel parlaments, ende onrusten maacken aldaer, vermetende hem Clercken te wesen, ende Clercken vryheden, ende recht gebruycken willen, all is 't dat noch erwyns, noch Clercklic habyt en draghen, noch anders en leven, als Clercken schuldigh syn te doen" tales apprehendi jubet: idem l. l. ipse Episcopus confirmat.

stituebatur ordo, quem sequi debebant in posterum Provisores et Decani. Cum tamen PHILIPPUS ejus praecepta neglecta cerneret, novo edicto anni 1462, huic malo obviam ivit 1). Qua opportunitate BASELI verba commemorare mihi liceat. »Et hinc rursum colligere licet et in promptu est, quam ab una parte Ecclesiastici attenti fuerint ad rem suam et Christo oppositum regnum promovendum, et ab altera parte PHILIPPUS ad suam tuendam imperii majestatem. Nec mirum, spirituale enim imperium derogat saeculari Principum eosque de thronis deturbat, aut si non eo usque progreditur, caecos tyrannidis suae facit executores.” 2).

1) Cf. *Groot Placaetb.* dl. II. p. 1454, (*Placaet dienende tot maintien van het tractaet tusschen Herthogh PHILIPS en RUDOLPH VAN DIEPENHOLT*). Si quis scire velit an posteriori aetate etiam Concordati praecepta invaluerint, ei ostendisse sufficiat quod CAROLUS V, 25 Jan. 1525 in ita dictis *Novis Concordatis* iisdem saepe verbis sancivit. Cf. S. v. LEEUWEN, *Bat. Illustr.* p. 569: sed lectu perdigni sunt *Articuli* quos nobis tradidit vir doct. DOUT V. FLENSBURG, *Archief*, dl. III. p. 14—55.

2) Cf. *Sulpitius Belgicus* p. 214.

CAPUT IV.

EDICTA PRINCIPIS IN BELGIO DE JURE PLACETI.

Jam satis, ut nobis videtur, exemplis illustravimus, quam mature nostrates, vigente hierarchia, ecclesiasticorum ambitioni, tam exteræ quam internæ restiterint. Nondum tamen testimonia attulimus, quæ sæculo demum decimo quinto occurrunt, quibus Principis cognitione opus fuisse, antequam ecclesiasticæ constitutiones executioni mandarentur, probatur. Ordine chronologico potissimum ea commemorare volumus, ut eo melius pateat, quomodo Principes ecclesiæ ordinationibus providere inceperint, et sensim paullatimque eas omnes Placeto suo subjecerint. Primum exemplum prævii Summi Imperantis consensus, habetur in diplomate anni 1414, quo GUILIELMUS VI, cum audivisset subditos Hollandiæ quotidie vexari a nonnullis personis, et litteris ecclesiasticis in jurisdictionem Leodiensem citari, vetuit, ne alter alterum e Hollandia illuc evocaret, præter causas præbendarum, contractuum

antenuptialium et testamentorum. Imprimis Gertrudis-montanae parochiae praepositum admonuit Comes »dat hy op onsen ondersaten voirnoemt anders geen gebode en ontfae, dan voirsz. zyn, then sy by onsen Scout ende by onsen Gerechte van Sinte-Geerdenberge:» ex quibus verbis patet, omnino illo tempore magistratus approbationem necessariam fuisse 1).

Aliud testimonium videndum est in responsione Curiae Hollandiae anno 1436. Duo scil. Concilii Basileënsis procuratores veniam petiverant indulgendi peccatorum absolutionem in his regionibus, quam Curia tamen recusavit, causata Comitis absentiam et Papam inter et idem Concilium discordiam. Ipsius responsi verba haec sunt »Also Hr. PETER PASSER ende Hr. JAN zyn broeder voir mynen Heere VAN SANTES, ende den anderen Rade mijns genadⁿ. Heeren hier na gescreven gecomen zyn in de Raetkamer mit eenen beslotene Bulle van den heyligen Consilium van Basel, sprekende an mynen Heeren VAN SANTES ende Rade voirsz. van gelove up broeder JAN PASSERT voirz. roerende van afflaet by den Concilium gegeven hier in den lande, daer hy van up dede zyn gelove

1) Cf. v. MIERIS, *Gr. Charterb.* dl. IV pag. 302.

ende begeerde 't voirsz. aflact te mogen kondigen, &c. daer myn Heer VAN SANTES voirsz. him beryet mitten gemene Rade ende gaf him ter antwoirde, *hoe dat myne genadⁿ. Heere van Burgondien nyet jegenwoirdich en wair, ende om der twiste wille die stonde tusschen den Paeus ende 't Concilium, soe en wiste hy him geen consente daer toe te geven, mer hy ginge ende bewairde als hy meynde dat hy wail dede*" 1). Procul dubio his ostenditur, Principis assensum requiri sub PHILIPPI regno. Sic jam constat, rerum ecclesiasticarum ordinationes non exemptas fuisse saeculari sanctione.

Aliud afferamus documentum ratione ejusdem Concilii. Curae viri docti debetur, quod mandatum Ducis Burgundiae possideamus anni 1439 die 7 Julii, quo PHILIPPUS ita praefatus »Cum a modicis citra temporibus, — inhibitiones fecerimus, ne mandatis aut literis patrum, in Basilea existentium, sub certis gravibus poenis obediretur, illaque executioni aliquatenus demandarentur, prout in nostris inde confectis literis plenius continetur; — nihilominus ad audientiam nostram extitit deductum, quod nonnulli, voluntati et ordinationi nostrae proterve resi-

1) Cf. DE MAUREGNAULT, *Juridique Observation*, p. 211.

lientes, nonnullos ex nostris subditis, virtute ipsorum patrum mandatorum, in causam apud praefatum locum Basileae traxerunt," omnibus Consiliariis, Balivis, Justiciariis et Officiariis mandat ut »indulgentias a praefatis patribus concessas, dispensationes matrimoniales, legitimationes, — beneficiorum collationes, dignitatum quarumlibet confirmationes, aut quasvis alias literas, justitiam seu gratiam in se continentes quovismodo concessas, aut in posterum concedendas, nullatenus admittant, seu admitti faciant" 1). Hoc statuere necesse fuit PHILIPPO, quia subditi ejus multis damnis involvebantur, quae avertere cupiebat; quam ob rem suam interposuit auctoritatem.

Deinceps PHILIPPI memorandum est Edictum anni 1447. Deplorans enim Princeps et questus, quod ad suam pervenisset notitiam, subditos suos antehac insolita monitionum, inhibitionum, mandatorumque frequentia gravari, quae e pluribus Curiis ecclesiasticis invehebantur et executioni mandabantur, praeter tres causas, scil. matrimonii, contractuum antenuptialium et honorum amortisationis, ratione quarum, secundum jura et privilegia, tantum invehi

1) Cf. DODT v. FLENSBURG, *Archief*, dl. I. p. 77.

poterant ecclesiastica mandata, id ea ratione evenisse dicit, quod haec Officiariis et Civitatum magistratibus prius non fuissent exhibita, et ab iis examinata. Cum praeterea saepe monitiones, inhibitiones et mandata inferrentur, quae ad praedictas materias pertinere viderentur, licet, diligentius examinata, iis prorsus aliena essent, eorumque cognitio iudici saeculari competeret, PHILIPPUS hunc abusum tollere volens, ne praeëminentiae suae et juribus patriis praejudicium fieret, decrevit: »Soo doen wy te wete, dat wy die op 't ghene dat voorschreven staet goede rijpen Raedt hebben ghechadt, ende bevinden dat ons niet en staet iet langher daer mede te dissimuleren, hebben ghecordonneert ende ordonneren mits desen brieven, — dat van nu voortaeue niemant van onsen ondersaeten den anderen onsen ondersaeten en daege noch en doe daeghen, noch en werde ghedaccht te worden by hem selven oft imanden anders voor eenighen gheestelycken Rechter noch oock en brenghe noch en exequere, noch en doen brenghen oft exequeren, eenighe gheestelycke monitien, inhibition oft andere gheboden, op eenighe Officiers wetten oft andere ondersaeten desselfs, ons landt van Brabandt, van oft om soo wat saecken

dat het zij, *uytghenomen alleen om saecken van gheestelycke beneficien*, den ghenen die hem in dien saecken metten voorschreven gheestelycken gherichte woude behelpen, en come ierst by onsen Officier ende Wethouderen vander gheenre van onsen seven Hooft-steden van Brabant, te weten: Loven, Brussel, Antwerpen, Bossche, Thienen, Leeuwe, ende Nyvele, onder welcx bedryve die ghene daer op die voorschreven gheboden behooren soudent te staene waeren gheseten, ende gheve den selven onsen Officier ende Wethouderen claerlyck te kennen, die saecken waerom ende by wat redene hy hem daerinne metten voorschreven gheestelycken gherechtē sal willen behelpen. Ten dien eynde worden die voorschreven saecken by den voorschreven onsen Officier ende Wethouderen bevonden alsulcke, dat nae den rechten ende privilegien ons voorschreven lants die kennisse daer af behoort den gheestelycken gerichtē, dat dan onse voorschreven Officier ende Wethouderen sullen consenteren ende oorlof gheven hem indien metten gheestelycken gherichte te mogen behelpen, ende daer af in onsen voorschreven lande alle behoorlycke monitien ende andere gheboden uytten voorschreven gheestelycken gherichte te moghen brenghen ende doen exequeren, *van welcken oorlove ende consente*

onse voorschreven Officier ende Wethouderen den ghenen die des begeerde, sullen heure opene brieven om hen in der executien vande voorschreven monitien ofte gheboden daermede te behelpene," cet. 1). Juris quidem Placeti nulla hic mentio fit, sed *litterae patentes*, quae ab Officiariis et Civitatum magistratibus obtineri debebant, equiparandae sunt litteris Placeti, quae a supremis Consiliis postea impetrari solebant. Solas causas beneficiales nondum praeviae cognitioni subjectas fuisse, ex ipsis verbis manifestum est. Porro, ex clausula Edicto inserta »ghelyck in voorledene tyden ende van oudts heeft plegghen te gheschieden" liquet, nihil novi inductum et simile quid jam antea usitatum fuisse 2). Scimus PHILIPPUM declaravisse, solas litteras Conservatoris Lovaniensis, non obstante generali suo Edicto, executioni mandari posse sine licentia 3).

1) Cf. *Placc. v. Brab.* dl. I. p. 1—5.

2) Cf. STOCKMANS, *Jus Belgarum*, p. 206. — VAN ESPEN, p. 155. — PORRO EUG. DEFACQZ, *Ancien droit Belgique*, 1^e livr. p. 192. (BRUX. 1846).

3) *Placc. v. Brab.* dl. I. pag. 106, *Declaratie van Hertoch Philips, ten eynde de brieven van den Conservateur van Lewen (niet teghenstaende syn voorgaende generael verbodt) sullen moghen ter executie ghestelt werden, den 19 Febr. 1447. Vide etiam, dl. III. p. 43.*

BURMANNUS nobis tradidit posterioris aetatis epistolam, quae eo majoris est momenti, quia inde patet, ipsum Episcopum statuisse, bullas Romanas Placeto indigere, antequam effectum habere possent. Quidam enim civis GISBERTUS A LOCHORST a Papa obtinuerat beneficium, cujus ut compos fieret, consensum rogaverat, quem tamen dare recusabat Officialis; Magistratus igitur Episcopo DAVIDI Burgundo scripsit, ut Placetum daret, rogans, »WILLEM VAN LOCHORST, onse borger heeft ons te kennen gegeven, hoe dat onse heylige Vader die Pawes van Romen, zynen zoen, genoempt GHYSBERT VAN LOCHORST zekeren bullen ofte graciën, tiegensdragende meyster DYRCK WTERWEER, Deken der kerken van Oudemunster alhyr, gegont ende gegeven heeft, die hy dan na beloop van den rechte gheerne geboerlike ter executien stellen zouden, twelek doch, zoe wy verstaen, om zeker statuten willen, hy uwen Gnaden voer tbeste gheordiniert, *buten consent ofte placet van uwen Moigentheyden, ofte derzelver Officiaels, niet gheschien en zoude moigen*” cet. 1).

Ex Edicto PHILIPPI supra memorato vidimus, causas duntaxat beneficiales Placeto exceptas fuisse. Cum

1) Cf. *Utr. Jaarb.* dl. III. p. 252. (1478).

tamen postea Curiae Romanae avaritia eo usque procederet, ut horum beneficiorum collatione magis magisque abuteretur in detrimentum subditorum, et ipsius ecclesiae, Principes, ad hunc turpem quaestum tollendum, omnium bullarum, gratiarum expectativarum, aliarumque Curiae provisionum invectionem prohibere coacti sunt. Invenimus tale edictum prohibitorium in Brabantia anno 1484 promulgatum, et anno 1485 in Flandria renovatum 1). Gravamina in ipsis edictis speciatim exponuntur, et satis digna videntur, quorum nonnulla enumeremus. Inter alia Procurator Regius ostenderat, plures dictarum provisionum revocatas fuisse, postquam paullo ante impetratae essent, ita, ut licet impensae propter eas factae essent, nullum effectum habere potuissent. Similiter queritur, multa beneficia collata fuisse in personas non idoneas seu peregrinas aut incognitas; 2) item, plures antequam exaudirentur moni-

1) Cf. *Placc. v. Vlaend.* dl. I. p. 205—208.

2) Cf. MERULA, *Maniere van Procederen in de Provincien Hollandt, Zeelandt ende West-Vrieslandt*, p. 26: *l'avis de ceux du grand Conseil, touchant les Annates et sur le fait de l'expression de la valeur des Benefices en l'impetration d'iceux; et que aux gens non idoines ny qualifiez à desservir Cures par faute de la langue ou autrement ne soit octroyé Placet, ny sur les Bulles dispensatives de telle idoneité, daté en May 1536.* — Cf. porro *Gr. Placaetb.* dl. I. p. 526, art. 29 et 50, et

torii poenalibus coactos fuisse, illa beneficia relinquere, quae jure possidebant. Cum insuper subditi bullarum et gratiarum expectatarum multitudine, immodicis clausulis iis insertis, et multis sumtuosis litibus molestarentur et exhaurirentur, MAXIMILIANUS et PHILIPPUS remedium afferre conati sunt, et propterea omnium bullarum invectionem vetuerunt; in quo Edicto Principes, memoratis incommodis, ob quae in pluribus Christianis regionibus, bullarum aliarumque provisionum receptio prohibebatur, haec lectu digna verba addunt: »qui est le grand bien, tranquillité et soulagement des Eglises et des subjectz inhabitans en iceulx Royaulmes, Provinces et contrées.” PHILIPPUS solus regni habenas tenens, anno 1493 die 27 Apr, Edictum hoc prohibitorium

Gr. Utr. Placaatb. dl. II. p. 1150. Ordonnantie nopens de Remissien van doodslagen, legitimatien, Brieven van placet, respyt, cessie en beneficie van inventaris, (1345) art. 25: »dat in alle brieven van placet, die geaccordeert zullen worden op de executie van eenige bullen ofte provisien Apostolycq van Prochiaanschappen, ende daar by hy andere Parochie-kercken geadjusteert, ende gestelt sal wesen, dat den impetrant van de selve gehouden sal wesen te resideeren ter plaatse van zynder Parochie-kerke, sonder die by anderen mogen doen bedienen.” Art. 26: »Dat geen brieven van placet en sullen geaccordeert worden op privilegie van niet te resideeren op de Parochie-kerke, of op dispensatie van ouderdom, of dat hy die spraake van den Lande niet en kan, nog op Coadjuterie in Praebenden, of andere simpels beneficien.

renovavit 1). Paulo post, ENGELBERTUS Nassovius speciali Edicto anni 1493 die 28 Oct, Flandriae incolis prospiciens, ne evocarentur, statuit nihil peregre impetratum executioni mandari posse, nisi obtentis Consilii Flandrensis litteris affixionis (*lettres d'attache*) »Avons ordonné, que nulles lettres, mandemens ou provisions, obtenuës hors ledict pays de Flandres, ne se mettront à execution, sans sur iceulx lettres, mandemens ou provisions, avoir noz lettres d'attache ou de ladicte chambre." 2).

Anno tamen 1497, PHILIPPUS eatenus interdictum temperavit, ut Beneficialia Rescripta Curiae Romanae admitteret, ea conditione, ut litterae Placeti obtinendae essent. »Ontbieden ende beveelen u seer scherpelycken dat men in alle steden ende plecken daer men is gewoonlycken publicatien endé uytroepinge te doen, in onse voorschreve Landen ende Graafschappen van Hollandt, Zeelandt ende Vrieslandt, gy doet sonderlinge gebodt, bevel ende defensie van onsen wegen, — dat sy niet en executeren noch laten executeren eenige letteren, exspectativen, resignatien, processen, sententien executorialen noch

1) Cf. *Placc. v. Vlaend.* dl. III. p. 25.

2) *Placc. v. Vlaend.* dl. I. p. 69.

andere bullen ende provisien van Romen, van den beneficien wesende binnen onse voorschreve Landen,— tot 'er tydt toe *dat die voorschreve provisien ende bullen sullen wesen gesien in onsen voorschreve grooten Rade, ende dat wy om de executien van dien, verleent sullen hebben onse open letteren van consente in behoorlycke forme*' 1). Hucusque igitur vidimus, PHILIPPUM anno 1447 omnia praeviae licentiae subjecisse, exceptis causis beneficialibus; nunc vero patet, labente aetate, etiam rescripta ad beneficia et provisiones pertinentia, litteris consensus carere non potuisse.

Procedente tempore etiam in Curiarum mandatis (*instructie*) de Placeto cavebatur. Nominatim in Curiae Trajectensis formula articulo octavo illius juris mentio fit. »Dat van nu voorten geen bullen of provisien apostolique en sullen in onser stad en Lande van Utrecht geadmitteerd worden, sonder onsen brieven van Placet, en dat daar af onsen voorsz. Stadhouder en Rade deugdelik gebleecken is» 2). Similis formula Curiae Hollandiae, Zec-

1) Cf. *Placc. van Vlaend.* dl. I. p. 209—211. *Gr. Placaatb.* dl. II. p. 1579. WILTIENS, *Kerk. Placaatb.* dl. I. p. 510.

2) Cf. *Gr. Utr. Pl.* dl. II. p. 954. (Instructie voor den Raad van den Hove Provinciaal van Utrecht, anno 1550).

landiae et Frisiae praescribatur 1). Per multa Placeti exempla in Curiae Trajectinae actis (*Memo-riaelhoucken*) inspicere nobis licuit, quorum unum duntaxat proferre lubet, ut nobis palam fiat, quomodo Placetum concedi soleret. Temporalitate dioceseos in CAROLUM translata anno 1529, maximi momenti fuit jus, quod ei tribuebatur, nominandi Episcopum et Decanos quinque ecclesiarum 2). In Curiae libris invenimus, post ipsam bullam, quae illius nominationis jus confirmat, scriptis mandatam, diploma quo GEORGIUS AB EGMOND praesentabatur et nominabatur a Caesarea Majestate 3), deinde *insinuationem* simul ecclesiis factam, ut praedictum Dominum eligerent 4). Electione hujus peracta, confirmatio Summi Pontificis obtinenda erat, quae non diu post secuta est 5). Admodum vero nota-

1) Cf. *Gr. Pl.* dl. II. p. 705. (Instructie v. d. Hove van Holl., Zeel. ende Vriesl. 20 Aug. 1551) art. 221: »Ende en sullen geen bullen of rescripten Apostolycke binnen desen landen te wercke gheleyt mogen worden, sonder alvooren behoorlyck Placet van ons geoblineert te hebben.»

2) Cf. *Gr. Utr. Pl.* dl. I. p. 26, bulla CLEMENTIS Papae, ubi memorantur verba »ut nullus in Decanum alicui ex quinque Ecclesiis praeficeretur, nisi qui ipsi Carolo regi gratus et acceptus foret.»

3) Cf. *H^o Mem.* fol. 47. *Presentatie ende nominatie van K. Mar. van Heer Joris van Egmont tot het bisdom van Utrecht.*

4) Cf. *cod.* fol. eod.

5) Cf. *cod.* fol. 55.

bile est, Pontificis bullam nullum effectum habere potuisse, nisi obtento Placeto, licet, ut vidimus, ipse CAROLUS nominationem fecisset, et ei adversaturus credi non posset. Longius foret integrum Placetum hic describere, attamen haec verba commemorare liceat: »welcke suppliant (Georgius ab Egmond) geaccepteert hebbende die voorscr. electie, heeft geobtaineert van onsen heyligen Vader den Paeus confirmacie van diere mit behoirlicke provisie daer toe dienende, waer van ons breder gebleecken is by de brieven ende bullen apostolique daer op ge-expedieert, de welcke de voorscreven suppl. nyet en soude willen ter executie stellen, hoewel zynen tytcl oirspronck neemt van onse voirscreven nominacie, sonder ierst daerop te hebbene onse opene brieven van oirlove ende consent, waeromme hy ons eernstelick gebeden heeft; So ist, dat wy de voorscr. saken overghemerct — *consenteren ende accorderen vuyt sonderlinger graciën mitsdesen, dat hy syne voorscr. brieven ende bullen apostolique van confirmacie ende provisie sal mogen stellen ofte doen stellen, tot behoirlicke executie*”, cet. Neque haec suffieciant, huic Placeto Curiae adjici debent litterae affixionis 1). Harum concessio dene-

1) Cf. eod. fol. 56.

gari potuisse videtur, quoties legitimae adessent causae: hoc sequitur e MARIAE Gubernatricis litteris, a viro consultissimo SCHRASSERT typis mandatis, quibus cavetur, »dat ghy voortae egeen provisien, bullen, citatien ofte censuren Apostolycke, Episcopale, noch ander lydet noch gedoget ter executien gestalt te worden, tenzij dat op deselve eerst ind voor hen geëxhibeert ende getoont worden brieven van placcaet in behoorlicke formen, onder den grooten zegel van Synre Majesteit, ind ghy daer op gegeven zullen hebben uwe brieve van consent by attache, *welcke attache ghy oock niet zult geven, soo veer ghy eenige saecken ofte reden hebbet, omme die selve te mogen denegeren ind weigeren*” cet. 1).

Iam vero factum memorandum est, quod Placeto magnam praebet auctoritatem, quippe quo doceamur, ipsos ecclesiasticos Regiae Majestatis auxilium petivisse contra Sedis Romanae vexationes. Idem Episcopus GEORGIUS cum archidiaconis, decanis, praelatis, aliisque beneficiorum collatoribus, libellum supplicem Imperatori exhibuit, quo eorum grava-

1) SCHRASSERT, *Cod. Gelr. Zutph.* in App. p. 100. (Brief van Koningin MARIA, Regente deser landen, aen den Grave van Lalaing, Canceleer en Raaden, d. d. 24 Apr. 1544). — Vide etiam SLICHTENHORST, *Geld. Gesch.* B. XIII. p. 476.

mina exponebantur. Querebantur enim se sub vario praetextu a Curia Romana turbari, et impediri in beneficiorum aut ecclesiasticorum officiorum provisione, contra praecepta Concordati Nationis Germanicae. CAROLUS V, his incommodis mederi cupiens, Edicto anni 1548 statuit, nullas bullas, mandata, litteras gratiosas, Concordato illi adversantia, in episcopatum Trajectensem admittenda et accipienda esse: simul Curias jussit, nullas litteras Placeti concedere talibus collationibus et mandatis, et, si forsitan nonnullae negligentia aut errore impetrarentur, eas nullas declarat 1).

Nec minus Placeti usus receptus fuit circa Nunciorum apostolicorum bullas, profecto ob nullam aliam causam, quam quod non raro suam excederent potestatem. In Gallia Legati a latere, antequam functiones suas exsequi possent, solenni juramento promittere debebant, nihil se in praedictum regni facturos esse 2). Apud nos alio modo et sane majori cura illorum potestas custodiebatur. Exstat MARIAE Edictum anni 1553, quo dicitur, »que nonobstant toutes les raisons allegnées par ledit Conseillier, que

1) Cf. v. RIEN, (*Aant.* op v. HEUSSEN), dl. I. p. 545 et p. 547 ubi libellus supplicis invenitur.

2) Consule *Traitez des droits et libertez de l'Eglise Gallicane.* p. 8. — GRASWINCKEL, *Opp. Macht.* dl II. p. 209.

sur les Bulles desdits Legats ou Nonces, encores que sur leur facultez ils ayent *placet general'*, qui beneficia et dispensationes a Nunciis impetrassent, *speciali placeto* nihilominus indigere. Cur talis restrictio constituta sit, optime videtur effici ex ipsis Edicti verbis, ut scil. cognosceretur, an non Legati aut Nuncii justos limites et generale Placetum excessissent, quod in reipublicae detrimentum vergere, et Principis constitutionibus prorsus contrarium existimabatur; »parce que les Estrangers journellement obtiendront Benefices és Pays de pardeçà, et s'expediroient provisions exorbitantes, et defendües par lesdites ordonnances, sans que la chose venist à cognoissance, considéré que toutes provisions ne se font litigieuses, et que les impetrants de telles indeuës bulles, craindans d'estre descouverts, pourroient appoincter avec leurs adversaires, sans entrer en proces." Praeterea injustum dicebatur, Legatorum bullas majori privilegio frui, quam illas Pontificis, quae, ut ne rejicerentur, semper Placetum particulare obtinere debebant 1). Saepe Legatorum bullis Placetum concessum fuisse sub quibusdam limitationibus et temperamentis, varia documenta probant. Sic in

1) Cf. *Pl. v. Vlaend.* dl. III. p. 23.

Edictorum Flandriae collectione articuli memorantur, in quibus Nuncius Sedis apostolicae munus gerere prohibetur 1), dum alio loco bullarum apostolicarum usus indulgetur, ea conditione, ut neque privilegia, indulta nominationis, quae Imperatori tam ratione monasteriorum, aliarumque dignitatum, quam aliorum beneficiorum competebat, nec constitutiones civitatis inde damno afficerentur 2). Iam multo ante illud MARIAE Edictum, in Curiae Trajectinae libro Memoriali, relictum est exemplum necessitudinis Placeti specialis impetrandi, quod de verbo ad verbum tradere volumus, ut Legati potestatis habeamus specimen, et indubitatae Placeti specialis concessionis: »Op huyden den XII. Octobris, is den Hove van Utrecht, van wegen Heeren JAN JACOBSZ., officiant tot Cockengen, gepresenteert geweest sekere Rescript, geimpetreert vanden Eerwaardigen Vader in Gode, Dno PETRO VORSTIO, episcopo Aquensi et Nuncio apostolico, van dat dieselve Heer JAN, committerende incestum, een kyndt by syn suster geprocreert hadde, *mitsgaders brieven van Placet vande K. M. daer beneffens,*

1) Cf. *Pl. v. Vlaend.* dl. III. p. 22.

2) *Eod.* p. 24.

versouckende van denselven Hove Attache, omme hetselve Rescript te werck te mogen doen leggen, na syne forme ende inhouden, die hem gegonst is als hier na volcht: 't Hof consenteert, soe veel in hem is, dat die Suppl. zyn Rescript. apostolicq, daer dese Requeste aen gehecht is, te werck sal moghen leggen na zyne forme ende inhouden," cet. 1).

Praesertim in Placeti historia non omittendum est, quod in receptione Concilii Tridentini accidit in Belgio. Initio disquisitionis nostrae obiter dictum est, quibus argumentis *generaliter* per singulas dioeceses publicatio defendatur. Sed etiam probari potest, Concilii illius ordinationes nullam habuisse vim in his regionibus, antequam Principis auctoritate promulgatae, et ubique vulgatae fuissent. Jam initio anni 1564 solemniter Romae facta erat publicatio bullae, qua omnibus ecclesiae praepositis mandabatur, ut Concilii decreta ac statuta in suis ecclesiis et civitatibus inviolabiliter observari facerent. Attamen Belgas non credidisse se hac bulla obligari, neque altera illa post breve tempus subsequuta, quae incipit *Sicut ad Sacrorum*, qua statuebatur, omnia

1) Cf. *Tijdschr. voor Gesch. Oudh. en Statist.* (8^e Jaarg. 1842), p. 535.

Concilio decreta a Kal. Maj. anni 1564 ubique omnes obstringere coepisse, et ab eo tempore nullam admittendam esse ignorantiae excusationem, ex sequentibus evidentissime patet. PHILIPPUS rex, Concilii decretis admodum favens, MARGARETAE Gubernatrici significavit, ea sine mora in his provinciis publicanda et observanda esse. Gubernatrix regiae voluntati obtemperare cupiens, sed multas magnasque turbas inde metuens, Archiepiscopum Cameracensem sententiam de modo exsequendi rogavit. Respondit hic, Concilii quidem statuta sancta et ad fidem catholicam conservandam necessaria esse, ex eorum publicatione vero multas difficultates proventuras esse, nisi regia auctoritate declaratum fuisset, Concilii decreta accipienda esse. Insuper episcoporum, universitatis Lovaniensis, consiliorum regionum, quinimo praecipuarum civitatum magistratum judicium requisivit MARGARETA. Sic igitur, decretorum exemplari misso ad Brabantiae Consilium, jussit, ut examinaret, quomodo Reformationis articuli, salvis regia praeceminentia, ecclesiae provinciarumque juribus et privilegiis, executioni mandari possent 1). Consiliiarii adjecerunt notas ad illos articulos, qui in praedictum ma-

1) Cf. STOCKMANS, I. I. p. 231.

jestatis subditorumque vergere putabantur 1). Gubernatrix, postquam animadversiones illas Regi transmisisset, hic vero Concilii publicationem sine ulla exceptione fieri vellet, Archiepiscopo Cameracensi 11 Julii 1565 per litteras praecepit, ut publicari faceret Concilium Tridentinum in omnibus ecclesiis dioecescos suae, adjecta clausula limitante: »Sadite Majesté entend, que en ce regard l'on se conduise comme jusques ores a été faict, sans, comme dict est, rien y changer ou innover, et specialement en l'endroit de la jurisdiction laycale jusques à ores usitée, ensemble du droict de patronage lay, avec indult et droict de nomination et cognoissance de cause en matiere possessoire de benefices, aussi des dismes possedées ou pretenduës des gens seculiers, y joinct la superintendance et administration jusques à ores usitées par loix, magistratz et autres gens lays sur hospitaux et autres fondations pieuses, à tous lesquels droictes et autres semblables, sa Maj. n'entend être derogé par ledit S. Concile" 2). Idem fere regiis Consiliis et magistratibus scripsit MARGARETA

1) Cf. STOCKMANS, I. I. p. 252. seqq.

2) Cf. STOCKMANS, I. I. p. 255. — *Placc. van Vlaend.* dl. IV. p. 1557. (epistola episcopo Gandavensi.) Cf. *IIIe Mem. van den Hove van Holl.*, van M. ERNST.

eodem anno 1565 1). Quanam fuerint exceptiones constitutae ad publicam quietem, et utilitatem illaenam servandam, videre est apud STOCKMANS 2) et ANSELMO 3), qui servato ordine sessionum et capitum Concilii eas retulerunt. His relatis apparet, Concilium Tridentinum non aliter receptum fuisse, neque publicatum in his regionibus, nisi servatis juribus et priscis patriae consuetudinibus.

Denique memoranda est PHILIPPI II Sanctio Pragmatica anni 1574. Rex, sententia et deliberatione tum Consiliorum Supremorum, tum Provincialium prius habitis, statuit, nullas bullas, provisiones, aliave diplomata ex urbe Roma aut a Nunciis Apostolicis profecta, aut gratiarum, indultorum, privilegiorumque revocationes admitti nec executioni mandari posse, nisi visa et examinata in Sanctiori Consilio vel in Brabantiae Curia, constaret, »que les impetrants ayent obtenu nos lettres patentes de Placet à ce

1) Cf. *Placc. v. Vlaend.* dl. II. p. 49. — Cf. III^e *Mem.* van ERNST. — P. BOR, *Nederl. Oorl.* 1^o. st. p. 52 (Amst. 1679): het schryven van de Hertoginne van Parma aen alle de Raden van de Nederlanden, 18 Dec. 1565. Cf. IV^e *Mem.* van ERNST et III^e *Mem.* van den Hove van Utr.

2) Cf. I. I. p. 235—241.

3) Cf. ANSELMO, *Tribonianus Belgicus*, cap. XXXII, *de receptione Concilii Tridentini*.

pertinentes, sur peine de perdre l'effect desdites bulles et provisions, et d'estre bannis de nos pays, et corrigé à l'exemple des autres." Cum populo non communicata est haec sanctio, sed duntaxat ad Belgii consilia missa, quia, »non tam novum jus, quam antiquorum edictorum collectionem et instaurationem continet, explanatius et diffusius praecipiens, quod priore saeculo rudius praeeptum fuerat", ut ait STOCKMANS 1).

Breviter sic juris Placeti historiam enarravimus, et exempla protulimus, quae ejus intellectui inserviunt. Antequam tamen huic periodo finem imponamus, paucis verbis exponere nobis liceat, quae ex conspectu juris Placeti historico derivari posse videantur.

Ante omnia e relatis documentis apparet, jus Placeti non solum antiquitus usu receptum fuisse, et ab eo quidem tempore originem suam traxisse, quo hierarchiae fines nimis dilatari coeperunt, sed etiam nobis persuasum est, ejus institutionem mere fuisse catholicam, in ipsa scil. Ecclesia romana natam. Principes Burgundi deinde in patria nostra majori auctoritate freti, illud jus constituerunt, et postea illi ex Austriaca stirpe ejus applicationem pro re

1) Cf. l. l. p. 208.

nata magis extenderunt. Hinc procul dubio sequitur, Placeti jus, ut nonnulli opinantur, non ortum esse ex certamine Protestantes inter et Ecclesiam romanam; praeterea illius juris monumenta longe sunt vetustiora. Porro exemplis ostendimus, quomodo Ecclesiae praepositi aut Placeti usum ipsi praeceperint, aut, ut alia opportunitate vidimus, questi se multis damnis affici a Curia Romana, Principis intercessionem rogaverint, ne privilegiorum laesionem paterentur. Constat quoque, Placeti usum non alio niti fundamento, quam coronae vel civitatis juribus, quae nullarum exterae potestatis legum admissionem sinant, nisi a Summo Imperante approbentur. Nec minus boni Principis officio inhaeret, ut caveat, ne in civitatis detrimentum tendant tales leges: quam obligationem jam majores ita sanctam reputaverunt, ut solenni juramento in laeto suo introitu obstringerentur Belgii Principes, provinciarum jura et privilegia tueri, nec quidquam iis contrarium tolerare. Placeti finis ex ipsis historicis testimoniis optime deduci potest, in eo consistens, quod incommoda a republica avertere semper voluerunt nostrates. » Quandoquidem usus Placeti eo solum tendat, ait VAN ESPEN, ut Princeps praecaveat ne ex praecipiti Bullarum seu Rescriptorum Curiae

Romanae publicatione et executione quidquam in rempublicam seu civilem seu ecclesiasticam invehatur, quod eam turbare, aut subditos opprimere posset, perspicuum est, hoc jus Principi vi suae auctoritatis et officii competere. Quis enim dubitet, pergat, quin regium officium sit, incommoda a republica, quin et ab ecclesia eorum tuitioni commissis avertere, earumque pacem et tranquillitatem conservare." Quod si eo tendat usus Placeti, restringendus non videtur ad certas bullarum species, sed omnino ad omnia Curiae romanae diplomata extendi debet. Hoc imprimis animadvertendum est, quia jam ZYPAEUS voluit, litteras Placeti non in omnibus constitutionibus apostolicis requiri: »nulla enim edicta quae saltem innotuerunt, id mandant," inquit, quod ut probet, citat edicta illa quae in edictorum libro sub rubrica octava inveniuntur et causas beneficiales Placeto subjiciunt. Placeti usum igitur ad sola rescripta beneficiaria, quae privatos tantum homines spectant, referebat. Ratio cur in his Principes Placetum requisiverint, in eo versatur, dicit, quod beneficiaria diplomata »subreptione, gratia et sordibus" saepe obtineantur, ex quibus frequentiora incommoda oriri possint, quam in illis constitutionibus apostolicis, quae promulgantur »pro salubri regimine

ecclesiae, maturis et repetitis deliberationibus ad tollendos abusus" et ad universam ecclesiam magis pertinere dici possunt 1).

Videamus vero quid objiciat VAN ESPEN. Hic contra putavit, Principum mentem nunquam fuisse, constitutiones solam materiam beneficalem complectentes, praeviae approbationi subicere, licet re vera edicta, quae ZYPÆUS enumerat, de Rescriptis beneficiariis loquantur. »An quia Princeps, quaerit, intelligens incommoda ex facili nimis admissione rescriptorum beneficialium in suas ditiones exorta, magistratus admonet, ut iis remedium apponant, et eorum admissioni invigilent; num propterea dicemus, Principem nolle ut eandem vigilantiam et cautelam impendant, circa alia diplomata, iisdem aut similibus incommodis subjecta?" Fatetur omnino, plura incommoda occurrere posse in rescriptis beneficiariis, quam in illis constitutionibus quae ad communem salutem spectant. Sed, si Placeti finis respiciatur, ne scilicet Civitas detrimento afficiatur, Principes nonnulla cognitione sua liberare non potuerunt; potius dicendum est, dum rescriptis beneficiariis, ut ne in privatorum commoda impingerent, tantopere provi-

1) Cf. ZYPÆUS, *Ius Pontificium novum*, tit. de Constitutionibus.

derint, eos etiam illas constitutiones Placeto immunes noluisse, quae forsan universae communitati sint nociturae, et legum instar divulgatae civibus imponantur. Porro ex ipsis documentis patet, nunquam Principes illud jus ad solam materiam beneficalem restrinxisse: duas enim VAN ESPEN servavit epistolas, quarum una, anni 1501, revocantur *litterae placiti datae super libellis indulgentiarum aliunde allatis seu inferendis*, altera anni 1503, Consilio Flandriae mandatur, *ne permittat affixionem indulgentiarum seu remissionem, nisi prius apparuerit de obtentis litteris placiti* 1). Sed quid plura? PHILIPPI Sanctio Pragmatica omne dubium tollit, quippe qua omnium bullarum executio prohibita fuerit, nisi litterae Placeti concessae fuissent. Ut Placeto suum constet robur, ejus usus omnino extendendus est ad bullas dogmaticas seu quae fidem spectant: quod magni refert, quia posterioribus temporibus Curia Romana vires intendit, ut eas praevio examini detraheret. Nec quis dicat, ita Principes iudices fidei fore. »Aliud

1) Cf. *Monum. App.* pag. 241. Videantur etiam litterae MARIAE Gubernatricis in app. tomi I. p. 925: »lettres ecrites au Provincial et a quelques cloistres de l'Ordre de S. Dominique, es pays de par-deçà, par lesquelles il leur est interdit de recevoir ou admettre aucuns visiteurs étrangers sans lettres de Placet du Prince," (anno 1534).

enim longe est, MORET VAN ESPEN, Principem se interponere promulgationi novae legis per suas provincias, ejusque executioni, et aliud velle judicare de ipsis articulis et dogmatibus, sive quid de fide credendum, vel non credendum definire. — Licet enim supponatur, decretum aliquod rite conceptum esse in materia fidei aut religionis, in quantum spectat nudam fidei declarationem, sive quid de certo et speciali articulo doctrinae sit sentiendum, plurima tamen circa modum et normam promulgationis et executionis occurrere possunt, quae Principis examen merito requirant” 1). Et recte sic argumentatus est auctor: annon tempora enim, rerumque status interdum urgere possunt, ut tali promulgationi invigilet Princeps, verbi causa, si propter dissensiones de aliquo fidei dogmate, ei periculosum videretur populum repente illi adstringi, et magis conveniret, opinionem illam ita animis inculcare, ut quasi sua sponte illius veritatem agnoscant. Sed insuper alio respectu jus Placeti circa bullarum dogmaticarum promulgationem defendi: insertae esse possunt clausulae, quae juribus civium admodum contrariae sunt, aut patriis moribus obstant.

1) Cf. VAN ESPEN, I. I. p. 466.

Quid tandem obtentu fidei in civitatem induci non posset, si bullae dogmaticae Placeto non indigerent? Sane nulla exceptio facienda est, et omnia Romana Rescripta Principis examini et consensui subjicienda sunt, antequam per modum legis promulgentur.

PARS II.

DE JURIS PLACETI LIBERA REPUB- BLICA VESTIGIIS.

Cum juris Placeti argumentum nobis tractandum proposuimus, initio melius videbatur, hanc liberae reipublicae periodum praeterire. Hactenus ostendere conati sumus illius juris fundamentum et finem, et nobis apparuit Placetum munimentum, ne ecclesiastica potestate peregrina laederentur cives. At qui, libera republica in Belgio nostro, eademque qua olim erat auctoritate, cogitari potest illud jus, si

religionis status attendatur? Sola religio Evangelica reformata publice in civitatem recepta erat inde ab anno 1576 1). Haec sane maximi momenti fuit immutatio. Non modo paullisper Ecclesiae Romano-Catholicae imperium diminuebatur, quinimo quotidie fere ejus conditio deterior fiebat et premebatur; sed, cum nostrates illa publica sacrorum receptione, Romani Pontificis dominationi resistere ausi sint, necessario inde sequitur, Curiae Romanae vires non parum fuisse attritas, et ejus ordinationes adeo suspectas fuisse, ut, si antea non admittendae viderentur sine Summi Imperantis approbatione, his temporibus longe minus sine tali praesidio toleratae fuerint. In Belgii provinciis australibus, quarum incolae romanam religionem unice fere colebant, vinculum Pontificem inter et Civitatem arctius mansit, unde etiam effici posse videtur, juris Placeti usum ibi continuo invaluisse, et, necessitate magis urgente, inviolabiliter observatum fuisse. Aderant simul praecelari jurisconsulti qui Placeti doctrinam majori cura exposuerunt. Periodus tamen quam aggredimur, non omni caret pretio, quare nonnulla proferemus, quibus

1) Cf. *Gr. Pl. dl. II. p. 2153. Art. XV.* »Ende aangaende de religie, sal syne Excell. admitteren ende handhouden d'oeffeninge vande Gereformeerde Religie.»

palam fiat Summum Imperantem, ubi romanam usurpationem coercere studuit, et ordinationes ab extera ecclesiastica potestate profectas, praevia sua cognitione non exemptas voluit, publicam salutem et patrium jus omnino servare conatum fuisse.

Lectu non indigna est illa dica, quae gubernatore MAURITIO, Principe Arausiaco, impacta fuit Vicario Apostolico SASBOLDO VOSMERO, anno 1602. Ecclesiae romanae cura nimirum Vicario mandata erat, qui electus a Capitulo, a Papa munere episcopali vestitus fuit. Cum haec tamen dignitas a nostratibus non agnosceretur, ecclesiae praepositus sub peregrino titulo ordinabatur, uti ecclesiae Philippensis, Ephesinae, Trallensis et aliis nominibus. Rei causa in eo versabatur, quod mutato religionis publico cultu, prudenter cavebatur, ne quis palam sub Archiepiscopi Trajectensis nomine consecratus, Aecatholicae potestati invisus esset 1). Videamus quid in SAS-

1) Hoc evidenter patet ex epistola quam SASBOLDUS scripsit GRAVIO, ubi haec inveniuntur: *nominaoit quidem me Archiepiscopus ad Ult. Ecclesiam, et scribit Archiepiscovo de Utrecht, attamen dedit clausas literas ad Smum, qui tempore ordinationis dixit mihi, se dare titulum Philippen. Ecclesiae ne exacerbaret haereticos, in quorum potestate erat Ecclesia Ult. addens, quando placbit Archiepiscopi tuo, poteris titulum mutare.*" Cf. NIC. BROEDERSEN, *Tract. Hist. de Capitulo Cath. Eccl. Metrop. Ultraj* (ed. 1729.) Tract. III. p. 23.

BOLDO displicuerit. Scilicet, Curiae Hollandiae Generalis Procurator objiciebat, secundum omnium gentium scripta jura illicitum esse, cum hoste communi ullum litterarum commercium habere, aut quid facere in ejus gratiam quo civitatis salus laederetur, quibus contrarium cum quis ageret, criminis laesae majestatis reus esset, ejusque bona publicarentur; SASBOLDUM VOSMERUM tamen, hac in civitate degentem, ejusque regimini et tutelae subditum, a Nuncio Pontificio, inhabitante Brabantiam apud Archiducem patriae hostem, inaudita mandata, titulumque Vicarii Generalis Ultrajectini aliarumque Belgii foederati regionum petivisse et obtinuisse, ut ibi aliquam novi regiminis formam clam moliretur, et civium animis persuaderet, Ordines non esse legitimos civitatis dominos; quae mandata jam occulto exsequi instituerat, electis nonnullis hominibus, constitutoque Vicario Harlemensi quodam ALBERTO EGRO, et tamen omnia ante bella cum Hispanis in has regiones induci nefas fuisset sine Placeti litteris, *»zonder behoorlyk consent vande Overicheyt vandien, ende brieven van Placet van dezen Hove vercreeghen te hebben.*” Ob has aliasque criminationes SASBOLDUS criminis laesae majestatis accusatus est, et eum apprehendi jussit Curia; una et altera

vice citatus et contumax, perpetuo e Hollandia, Zeelandia, Frisiaque exsulabatur. 1)

Sic quoque posteriori tempore accusatio in ROVENIUM prodita est, qui identidem laesae majestatis reus patria pulsus est: hic scil. nomen Archiepiscopi Philippensis et Ultrajectensis assumserat, et Vicarii Apostolici Hollandiae, Zeelandiae et aliarum Provinciarum Unitarum, eodemque titulo jurisdictionem episcopalem exercuerat. 2)

Longe majoris momenti habenda est illa CODDAEI causa, in qua non solum Ordinum auctoritas emittit, sed etiam eorum studium Catholicorum juri- bus et tranquillitati invigilandi, et obstandi Curiae Romanae lubidini. Enarremus breviter historiam facti. PETRUS CODDAEUS a Capitulo electus, et confirmatus a Pontifice, anno 1689 d. 6 Febr. Archiepiscopus Sebastenus et Provinciarum Unitarum Vicarius Apostolicus Bruxellis consecratus fuit. Ejus electio non minus Catholicis quam provinciarum Ordinibus placuit, quod probatur epistola quam INNOCENTIO XI scripsit clerus. 3) Vehementer dissensionibus tur-

1) Cf. *Bat. Sacra*, p. 52. (pars altera).

2) Cf. *Bat. Sacra*, p. 80. seqq.

3) Epistolae verba haec sunt: *«Miscuit laetiliae voces promiscue cum Rectoribus populus Catholicus; applausit acatholicis*

babatur ecclesia romano-catholica, et difficili suo munere indefesse fungebatur Vicarius. Non tamen ei defuerunt adversarii, qui eum JANSENI doctrinae fautorem detulerunt, et clandestinis machinationibus effecerunt, ut Romam vocaretur. Eo cum pervenisset, prolixè per breve temporis spatium criminatationibus respondit, quin etiam defensionis argumenta typis mandavit. 1) Honorifice receptus GODDAEUS a CLEMENTE XI, qui interim INNOCENTIO XII successerat, at mirum in modum deceptus, Brevi papali d. 13 Maji anno 1702 inique exauctoratus est, et ei, mero Pontificis arbitrio et nulla praecedente cleri electione, substitutus fuit THEODORUS COCKIUS Pro-Vicarius Apostolicus. Hac injusta substitutione non leves exstiterunt motus, quod cum alia, tum Ordinum acta testantur. »De Raadtpensionaris heeft ter vergaderinge gecommuniceert een missive van den Resident HULFT, geschreeven aan den Heere Griffier FAGEL, tot Brussel den 13. deeser loopende

Magistratus. Extulerunt pariter sapientiam supremi Antistitis, quod in Vicarium suum virum talem elegerit, qui et de Cleri gremio et de hisce Provinciis oriundus, et incolis Catholicis non minus quam Ordinibus patriae hujus moderatoribus gratus sit."

Cf. Bat. Sacra. p. 514.

1) Cf. Bat. Sacra. p. 518.

maandt Julii, houdende, dat aldaar veel gesproocken wierdt over het geen tot Leyden onlanghs was voorgevallen, te weten, dat aldaar des Paus Internuntius, *sonder eenige praeallable advertentie aan de Regeeringe*, voor omtrent drie weecken een Capittel van weerdlijcke en seculiere priesters of missionarissen hadde vergadert, en aan het selve hadde bekent gemaackt, dat den Aartzbisschop van Sebaste, die in den Staat der Ver. Nederl. was gestelt over de Roomsche Kercken, met titul van Vicarius Apostolicus, door den Paus bij provisie was gesuspendeert, en in desselfs plaatse gecommitteert een schoenmakers soon van Leyden, genaamt Cock, die geseght wierde van een remuant humeur, en de autoriteyt van den Roomsche Stoel met passie toegedaan te weesen" 1).

Paullo post, d. 17 Aug. Hollandiae Ordines promulgaverunt edictum, quo vetitum fuit civibus Catholicis aliisque, ne ulla decreta Pontificia aut cujuscunque Concilii, quibus Romam evocarentur, executioni mandarent, aut iis executioni jam mandatis obedirent, sub poena arbitrariae correctionis.

Praeterea eadem lege cautum, nullam in posterum

1) Cf. *Secr. Resol. v. Holl.* 19 Jul. 1702.

agnoscendum esse Vicarium, nisi more in his regionibus solito electum, et a Collegio Delegatorum Commissorum (*Gecommitteerde Raden*) admissum.

»Dat niemandt voor Vicaris sal mogen werden erkent, als die geene die na ordre in dese landen gebruyckelyck, behoorlycker wyse geëligeert *ende by de Heeren onse Gecommitteerde Raden geadmitteert sal wesen.*” 1) Idem fere statuerunt d. 23 Maji 1703 Trajectinae Provinciae Ordines 2). Has cautiones adhibere debuerunt Ordines, qui civium Catholicorum quieti et juribus prospicientes, arbitrariam istam Curiae Romanae potestatem tolerare noluerunt, qua ecclesiae praepositi constituerentur aut destituerentur. Recte de tali abusu, ratione *GODDAEI*, ita judicatum est: »Un Archevêque d’un grand siège, chef d’une Eglise nationale, comprise dans le concordat Germanique, se trouva donc interdit de ses fonctions par un simple Bref, adressé, à son insù, à un de ses prêtres, son adversaire déclaré, qu’on substituoit à sa place, sans procédure, sans jugement, sans corps de délit. C’étoit un abus des plus crians de ce pouvoir arbitraire que certains

1) Cf. *Kerk. Plak.* dl. I. p. 641.

2) Cf. *Gr. Utr. Pl.* dl. I. p. 402.

Ultramontains attribuent au Pape. C'étoit lui attribuer par le fait, l'autorité d'établir et de destituer à son gré et sans en alléguer aucune raison, tous les Evêques qui ne lui sont pas agréables; et supposer qu'ils ne sont que ses Vicaires et ses Délégués; qu'ils ne tiennent leur juridiction que de lui, et conséquemment qu'il peut la leur ôter selon son bon plaisir" 1).

Cum postea Ordines intelligerent, Jesuitarum esse consilium, ut COBDAEUS Romae detineretur 2), civem suum exostulaverunt, et ipsi COCKIO mandaverunt, ut ejus reditum curaret 3). Bulla qua COCKII substitutio palam facta est, d. 7 Apr. 1703 data erat 4). Eodem anno in Ordinum Hollandiae actis d. 22 Maj. invenimus, HEINSIUM Consiliarium cum Ordinibus communicasse traditam a COCKIO bullam Pontificiam ea conditione, ut haec lecta restitueretur, adjectâ epistolâ authenticâ Internuncii, qua hic bullae exemplar typis excusum civi cuidam trans miserat, ut Catholicis innotesceret; HEINSIUM

1) Cf. *Recueil de témoignages en faveur des Eglises Cath. et du Clergé des Prov. Unies.* (Utrecht 1765). préf. p. X.

2) Cf. *Secr. Res. v. Holl.* 21 Febr. 1703.

3) Cf. *Kerk. Plak.* dl. I. p. 642. (24 Febr. 1703).

4) Cf. *Eur. Merc.* 1703. Jan.—Julij. p. 261.

dixisse, plura alia bullae exemplaria per provincias divulgata fuisse sibi compertum habere; nuperrime simul Parlamenti Parisiensis se accepisse arrestum d. 9. ejusdem mensis, quo cautum, ne ullae Pontificiae bullae aut constitutiones reciperentur, legerentur, publicarentur aut executioni mandarentur, nisi Rex litteris patentibus eas publicandas jussisset 1). His rebus attentis, eodem anno d. 25 Maj. Ordines Hollandiae decreverunt, bullam illam esse contrariam Edicto suo anni 1702 d. 17 Aug., et omnibus Magistratibus et Balivis mandatum fuit, ut ejus exemplaria colligerent eorumque venditionem impedirent, et simul diligenter inquirerent, an in aliqua ecclesia ostensa, lecta aut publicata fuissent 2). Idem constitutum esse in Trajectina provincia, probatur. 3) Postea Hollandiae Ordines, pacem publicam firmare cupientes, mandatum imposuerunt nonnullis, qui curarent ut exauctoratio reversi in patriam CODDARI revocaretur, aut alio modo procederetur, qui Ordinibus gratus foret 4). Frustra vero

1) Cf. *Res. v. Holl.* 22 Mey 1705.

2) Cf. *Kerk. Plak.* dl. I. p. 644.

3) Cf. *Gr. Utr. Pl.* dl. I. p. 737.

4) Cf. *Kerk. Plak.* dl. I. p. 655. » dat soodanige middelen, die haer Ed. Gr. Mog. aengenaem ende satisfactoir mogen wesen.

CODDAEI causa agebatur, sed eatenus hi conatus
 successerunt, quod anno 1705 GERARDUS POTCAMPUS,
 non abnuentibus Ordinibus, a Nuncio Apostolico
 Vicarius consecratus fuerit. 1) At praematura hujus
 morte ecclesia rursus carebat pastore. Inde ab hoc
 tempore reperimus, Vicarios munus non auspicatos
 fuisse, nisi secundum Edictum anni 1702, rite a
 clero electos et admissos ab Ordinibus, qui igitur,
 dum sibi persuasum habebant, se officio adstrictos esse
 ad jura defendenda Catholicorum, ne hi mero Curiae
 Romanae arbitrio et sola via facti iis privarentur,
 manifeste hoc munimento ostenderunt, se Romanam
 dominationem tolerare nolle, ne civitas detrimentum
 caperet. Sic ADAMO DAEMEN cum hic Vicarium se
 gereret, non alia nisi a Pontifice impetrata facultate,
 admissionem denegarunt, Vicariatus munus ei in-
 terdixerunt, et acta Nuncii Coloniensis nulla de-

*souden mogen werden beraemt, waerdoor de rust en eenigheyt
 onder de Roomschesinde ingezetenen volkomen wierdt hersteld."*

1) Cf. *Bat. Sacra*. p. 527. — In epistola inedita HEINSH,
 d. 30 Jul. 1706 data ad JAC. HOP. Bruxellis degentem, de Inter-
 nuncio et defuncto GERARDO POTCAMPIO, ita loquitur Consiliarius:
*»Den Internuntius van den Paus tot Brussel, heeft sich voor
 desen met een goet effect tot het bekomen van een Vicaris ge-
 moeyt."* et in epistola ad eundem data d. d. 13 Aug. 1706: *»den
 Internuntius heeft den laest overleden Vicaris geprocureert."*

claraverunt, 1) postquam paullo ante prohibitum fuerat, ne bullis aliisque litteris, quibus cives Catholici sollicitabantur et peregre citabantur, obtemperaretur. 2) Similiter Ordines Generales d. 27 Apr 1726 statuerunt, ut post mortem PETRI GOVARTS, Buscoducensis Vicarii, nullus reciperetur nec agnosceretur sine praevia sua cognitione, quia, ut dicunt, magni refert, quis tali munere vestiatur, nimirum qui civitati gratus sit. 3) Neque praetereundum est aliud factum, quo egregie Ordines argumenta exposuerunt, cur clerum defenderint contra Aulam Romanam: pulcherrimum simul nobis praebet exemplum tolerantiae et sentiendi libertatis, quam civibus servare volebant. Quae anno 1713 a CLEMENTE XI edita fuerat bulla *Unigenitus*, magni fuit causa laboris Nuncio Bruxellensi urgenti, ut praesertim romano-catholici sacerdotes harum regionum eam reciperent. Licet magna horum pars,

1) Cf. *Kerk. Plak.* dl. I. p. 659.

2) Cf. *Kerk. Plak.* dl. I. p. 658.

3) Cf. *Kerk. Plak.* dl. III. p. 296: »Ende nademaal het voor den dienst van den Lande niet onverschillig kan zijn, wat persoon aldaar tot Vicaris word aangesteld, en dat verseekert behoort te syn, dat dezelve wel geaffectioneert moge weesen voor deese landen.» etc.

narrante WAGENARIO, 1) bullae assentiret, et Nuncius omnes vires intenderet, ut nemo consecraretur nisi qui bullae faveret, JANSENI aeseclae eam rejecerunt, et, conniventibus Ordinibus, CORNELIUM STEENHOVEN, a capitulo electum anno 1723 d. 27 Apr. Archiepiscopum Trajectensem constituerunt. Pontificis confirmationem utique petiverunt capitula, sed nullis litteris responsum fuit: quapropter DOMINICUS MARIA VARLET, Babyloniensis ecclesiae Episcopus, qui nonnullis Catholicis Confirmationis Sacramentum administraverat, anno 1724 d. 15 Oct. cum consecravit. 2) Veneta Respublica Aulae Romanae auctoritatem spretam existimans, Hollandiae Ordinibus libellum exhibuit, et cives Catholicos ad Papae obedientiam exhortata est: nostrates vero summam responderunt, nullam vim esse adhibendam in rebus, quae ad cultum pertinerent, et unicuique esse licentiam cogitandi, et colendi religionem eam, quae optima videretur, si modo patriae salutem, mores, et communem quietem non laederet; adjiciebant quoque se nunquam Curiae Romanae indefinitam toleraturos

1) Cf. *Vad. Hist.* dl. XIX. p. 81.

2) Cf. Nic. BROEDERSEN. *Tract.* V. p. 508.

esse potestatem, quippe latius se extensuram quam in multis aliis regionibus ubi ecclesia Romana vigeret, et clerum cum aliis juribus privaturam, tum parochiis, quibus peregrini huc missi praeficerentur. 1) Post Archiepiscopum CORNELIUM STEENHOVEN, ejus successores rite electi a capitulo, omnes Pontificiam confirmationem reverenter rogaverunt: attamen a parte romana silentium tenebatur, et, etiamsi Brevia admodum contumeliosa contra has electiones expedita fuerint, consecrationes non interruptae sunt. Nos- trates etiam non desierunt, Paparum dominationi in rebus religiosis et civilibus caute prospicere. Hollandiae Ordines d. 21 Sept. 1730 emis- erunt edictum, cujus nonnulli articuli non parvi sunt ducendi 2). Inter alia statuerunt, nullum sacer- dotem munere suo fungi posse, nisi admissum »by schriftelyke acte van consent of toelaating"; nec nisi populares admittendos fore (als geboore onder- daanen van den Staat), qui, antequam admissio indulgeretur, declararent »op haar Priestelyk woord, in plaats van eede", se eorum sententiam toto pectore

1) Cf. *Eur. Merc.* 1752. Jan.-Julij. p. 141. seqq. »dat Haar H.H. Mog. nooit zullen kunnen toestaan, dat het Hof van Rome in hunne Staaten eene onbepaalde magt zou uitoefenen."

2) Cf. *Kerk. Plak.* dl. II. p. 361. seqq.

aversari, qui doceant Pontificem aut alium ecclesiasticum praepositum subditos a juramento et civili magistratui debita obedientia absolvere posse; neve liceret ecclesiasticis, qui seu a Curia Romana, a Nuncio Coloniensi aut Bruxellensi, seu ab alio Ecclesiae praeposito, directe vel indirecte accepissent bullas, brevia, decreta et mandata, quibus cives citarentur, evocarentur, destituerentur, aut suspenderentur, his uti nec talia cum aliis communicare, nisi hac cautione," *als veertien daagen nadat die in originali sullen weesen vertoont aan de Gecommitteerde Raaden, — en indien voor de expiratie van die veertien dagen niets ter contrarie aan haar word geordonneert, dat sy alsdan, alcoorens daar van gebruik te maaken, sullen moeten geven Copie aan de Hoofdofficieren of Bailliuw.*" Simili modo Gelriae Ordines d. 19 Oct. 1731 egerunt 1).

Mox alio exemplo probari potest, Ordines Generales sentiendi libertatem serio confirmare voluisse, et imprimis conatos fuisse tam cives tueri, ubi ecclesiastica auctoritate hi moverentur ad Romana decreta recipienda, quam patria jura sancte servare,

1) Cf. *Geld. Plac.* III. p. 498. Art. VIII.

quoties haec periclitarentur. Documenta, quae pro-
 dere nos lubet quum juris Placeti historiae in hac
 periodo admodum inserviant, indubitate id ostendunt.
 Legimus anno 1732 d. 23 Jul. Ordines Generales,
 cognita mandati publicatione Episcopi et Principis
 Leodiensis, quo omnes excommunicabantur qui famo-
 sam illam bullam *Unigenitus* non mere et sine ulla
 restrictione reciperent, Magistratui Brabantino impe-
 rasse, ut parochiarum pastores qui Trajecti ad Mosam
 mandatum illud publicaverant ad se vocaret, et iis
 Ordinum indignationem exprimeret. Ratio cur hi
 tam aegre factum tulerint, habetur in hac clausula:
 »alzoo aan gemelde Pastoren bekend is, ende bekend
 moet wezen, dat het aan haar niet toestaat eenige
 mandamenten, decreeten of bullen, wat naam die
 soude mogen hebben, binnen de stad van Maastricht
 te publiceeren ofte ter executie te leggen, sonder
 voorgaande kennisse van Haar H. Mog. ende sonder
 daar op te hebben verkreegen derselver consent en
 placet" 1). Hanc ob causam igitur pastores illi
 mandatum promulgare non poterant, nisi obtentis
 litteris Placeti, quas cum non impetrassent, magis-

1) Cf. *Kerk. Plak.* dl. III. p. 297. seqq.

tratus jubebatur ut eos certiores faceret, publicationem nullam esse habendam, et cavendum ne ullo modo contra parochianos procederetur.

Huic aliud ejusdem generis jungendum est testimonium, quod majoris est momenti ut verbo tantum memoremus, nam egregie eo ostenditur, Ordines verae juris Placeti indolis et finis conscios fuisse, et celeberrimum opus, quo STOCKMANS Belgarum jus exposuerat circa bullarum receptionem, non exiguam hac in re praeuisse utilitatem. Alia enim extant Ordinum Generalium acta d. 19 Dec. ejusdem anni. Initio documenti reperimus Ordines, epistola d. 6 Sept. data, Episcopo Leodiensi causas indicasse, quibus ducti statuissent quod supra laudavimus; scil. eo solum animum intenderant, ut servarent jus quod sibi competeat in Civitate Trajecto ad Mosam tamquam Condominis cum Episcopo Principe 1), et rerum statum ita reficerent, qualis ante

1) Cf. C. V. HENNEQUIN, in dissert. *De origine et natura principatus urbis Trajecti ad Mosam medio aevo*. Lov. 1829. p. 72. »Anno 1652 Trajectum ad Mosam bello occupatur ab exercitu republicae foederati Belgii, et Ordines Generales in jura Ducum succedunt, et una cum Episcopo imperium hujus civitatis tenent.» et p. 75, ubi refertur art. 3 Constitutionis (*racés*) anni 1663: »La ville sera dooresnavant regie et gouvernée par nous (Evêque de Liège) conjointement avec les seigneurs Etats generaux des provinces

mandati promulgationem fuerat; quem si restituisset, examinare volebant, quid utrique juris esset. Licet Ordines putarent, post tam aequam ordinationem Episcopum nihil omissurum esse, quo publicationis effectum suspenderet donec legitime iudicata foret causa, ex hujus epistola d. 25 Sept. intellexerunt, se frustra conatus impendisse difficultatibus avertendis. Iterum vero ei proposuerunt, ut publicationis effectus antea differretur, et declaraverunt se credere non posse, eum Curiae Romanae ita esse obnoxium, ut, quum bulla Unigenitus viginti et quod excurrit annis abhinc esset edita, ei potestas aliquantulum differendi promulgationem deesset, uti contendebat. Simul affirmaverunt se, etiamsi collisiones vitare, et amicitiam cum eo lubentissime colere velent, nihilominus in decreto d. 23 Jul. perseveraturos, et suum jus vindicatuos esse. Addunt etiam Ordines se non Episcopo injuriam afferre, nec minuere voluisse jura quae ei in Civitate Trajecto ad Mosam essent, sed nunquam toleratuos, eum quovis titulo, sine sua cognitione et consensu ibi quid agere, quod

unies du Pays-Bas comme un Etat et province a part, separé des autres nos Etats et provinces, sans qu'auqu'unes ordonnances, statuts. — pourront avoir lieu, autrement qu'avec préallable communication, et commun avis de nous et de nos Députez."

eminentiae et auctoritati Summi Imperantis contra-
 rium foret, quippe qui solus dominus sit in propria
 civitate, nec quid fieri et publicari ab externa po-
 testate nisi impetrata venia sua, permittat. Insuper
 ut res notoria adjicitur, Civitatem Trajectum ad
 Mosam ab antiquo Ducibus Brabantiae fuisse sub-
 jectam, cujus provinciae juribus privilegiisque etiam
 frueretur. Porro dicitur, Ordines se rebus spiritu-
 alibus aut ecclesiasticis immiscere noluisse, ubi in-
 vigilarent publicationi mandatorum ad bullas Cu-
 riae Romanae observandas, quae Summi Imperan-
 tis auctoritatem, civitatis jura, et publicam quietem
 magnopere laedere possint: quare fere in omnibus
 regionibus, ubi romana ecclesia viget, juris com-
 munitis sit, nulla decreta Pontificia publicari, nisi
 Summo Imperanti exhibita ut in Consiliis examinen-
 tur, licentiam obtinuerint formula Placeti, Pareatis,
 Visa, alia notam. Hoc jure utens Princeps non
 de fide pronuntiat, sed sibi persuasum habere vult,
 annon edicta dogmatica saeculari potestati praeju-
 dicent. Denique mirantur Ordines, ipsum Episco-
 pum ad auctoritatem celeberrimi STOCKMANS provo-
 casse, qui tamen constantem Placeti usum in Belgio
 et imprimis in Brabantia ostendisset, dum insuper
 Curiarum acta aliaque documenta authentica mani-

festè docerent, Brabantiae duces Trajecti ad Mosam jus illud continuo exercuisse. Ob has aliasque causas constituerunt Ordines se mandati promulgationem pati non posse, et Episcopum rogaverunt supersedere usque ad tempus, quo controversiae compositae essent 1).

Sed et leve est negotium ostendere, Ordines juris Placeti principiis posteriori quoque aetate adhaesisse, et variis edictis ea coluisse. Cum audivissent libellum quemdam, cui nomen *Universalis Jubilaei*, a BENEDICTO XIV indulti, Trajecti ad Mosam occulto modo esse distributum, et non constare cujus jussu id factum esset, putabant hoc ob nullam aliam rationem locum habuisse, quam ut juri suo majestatico injuria fieret, et d. 16 Jul. 1751 decreverunt, »dat Haar H. Mog. niet kunnen toelaaten dat eenige bullen, brevetten of decreeten, — binnen haare Stad Maastricht gepubliceert, of onder de gemeente verspreid worden, ten zy deselve alvoorens op de gewoonlycke wyze door Haar H. Mog. zyn gevisiteert en geplacetteert” 2).

1) Cf. *Kerk. Plak.* dl. III. 500. seqq.

2) Cf. *Gr. Pl. der St. Gen.* dl. VIII. p. 289. Videantur etiam eod. vol. p. 290, 294, 298 et 299, ubi de Placeto longius agitur.

Breviter sic exposuimus ea, quibus juris Placeti historiam liberae reipublicae tempore illustrare conati sumus. Etiam si pluribus aliis exemplis probari possit, nostrates ecclesiasticorum auctoritatem omni tutela liberam noluisse, ne patria damnis aut turbis afficeretur, ea duntaxat facta referre volumus, quae nobis apta videbantur, ut eluceret civitatis moderatorum vigilantia in arcenda exterae potestatis ecclesiasticae lubricitate. Placeti usus hac periodo profecto alio quodam adpectu est considerandus, quam sub Comitum regimine qui romano-catholicis sacris erant addicti; negari tamen nequit, eos, qui libera republica ad rerum gubernacula sederent, Placeto utentes, et civium salutem et malorum aversionem ante oculos habuisse.

PARS TERTIA.

DE JURE PLACETI RECENTIORI AETATE.

CAPUT I.

DE LEGISLATIONE FRANCICA CIRCA JUS

PLACETI INTERMEDIA.

Sic nobis restat historicae Placeti disquisitionis ultima pars, quam ut rite aggrediamur, necesse erit oculos ad Franciam convertere, et ibi, everso antiquo regimine, statum ecclesiasticum attendere. Sub monarchia magna potestate munitus fuerat clerus, qui ingentes possidebat terras, nullaque solvebat tributa. Mutata universa rerum facie, necessario inde sequi debebat, etiam ecclesiae conditionem intra pristinos limites subsistere non posse. Jam anno 1789 d. 2 Nov. Conventus Constituens decreverat, bona

ecclesiastica communia fore (*à la disposition de la nation*), dum civitati incumberet officium sustentandi cultum et ecclesiae ministros 1). Majoris est momenti, quod d. 12 Jul. 1790 ordinabatur Civili illa Constitutione cleri (*constitution civile du clergé*) 2). Inter plura alia, haec scitu digna videntur: dioecesium numerus idem constituebatur qui regionum (*départemens*); dignitates, canonicatus, praebendae et monasteria abolebantur; nulli civi neque ecclesiae aut parochiae licebat, ullo modo et quovis praetextu episcopi auctoritatem agnoscere, qui sedem ab externa potestate hujusve delegatis teneret; episcopi eligerentur et quidem plurimis suffragiis, et eatenus canonica institutio abrogabatur, ut confirmationem a Papa impetrare non liceret, sed ei tamen ad fidem, unitatem et communionem cum eo servandam scriberent, uti universae ecclesiae capiti; etiam ante consecrationem coram magistratu municipali, populo et clero, solenne juramentum fidelitatis civitati, legi et regi praestare deberent, quod eodem anno decreto d. 27 Nov. denuo praescribatur. Fuerunt vero ecclesiastici non pauci, qui hoc promittere recusa-

1) Cf. DUVERGIER, *Coll. des lois*, t. I.

2) Cf. eod. vol.

rent, et Pontifex bulla d. 15 Apr. 1791 horum denegationem probabat. 1) Hi a Gallis vocabantur »non assermentés», et iis omni interdicebatur munere sacerdotali, dum alii quibus nomen »assermentés», ecclesiasticis functionibus investiebantur, et civitatis tuitione fruebantur. Quam caute inveterata placita ecclesiae gallicanae confirmaverit Conventus Constituens, intelligens magni referre civitatem muniri contra Curiae Romanae machinationes, salva reverentia erga ecclesiae caput, manifestum est e decreto d. 17 Jun. 1791, cujus primus articulus haec continet: »Aucuns brefs, bulles, rescrits, constitutions, décrets, et aucunes expéditions de la Cour de Rome, sous quelque dénomination que ce soit, ne pourront être reconnus pour tels, reçus, publiés, imprimés, affichés, ni autrement mis à exécution dans le royaume, mais y seront nuls et de nul effet, s'ils n'ont été présentés au Corps-Législatif, vus et vérifiés par lui, et si leur publication ou exécution n'ont été autorisées par un décret sanctionné par le Roi et promulgué dans les formes établies pour la notification des lois.» Altero articulo, publicae quietis perturbatores dicebantur, qui contra decreti verba facerent,

1) Cf. C. v. ROTTECK, *Allg. Gesch.* (1856) III^{er} B. p. 556.

et iis poena infamiae (*dégradation civique*) irrogabatur 1). Quae referre volumus hac opportunitate, quia, ut infra videbimus, paucis annis post de ea lege disputatum est. Non mirum est, illam ecclesiasticorum divisionem civitatis saluti admodum no-
cuisse, nam diversissima erat illarum factionum hierarchia. Ejus rei praecclarus nostrae aetatis historicus veras nobis exposuit rationes. Ecclesiastici jurati obtemperabant episcopis, qui sub Constitutionis Civiles regimine erant instituti, quibus, multis jam mortuis, successerant alii non regulariter, omnibus sacris proscriptis, quippe a clandestinis capitulis electi, aut justos potestatis fines egressi, quam ob rem horum auctoritas a fidelibus spernebatur. Injurati vero episcopi fere omnes patriam reliquerant, et eorum potestas civitati magna mala minabatur, quia ecclesiae gubernabantur per vicarios a Curia Romana probatos, et non levis erat suspicio fore ut, post exsulantium episcoporum mortem, Francia prorsus Romanae sedi subjiceretur 2). Talis erat rerum status, quum Primus Consul discordi et ad interitum vergenti

1) Cf. DUVERGIER, t. III.

2) Cf. THIERS, *Hist. du Cons. et de l'Emp.* (Paris 1845) t. III. l. XII.

ecclesiae pacem reddere cupiens, cum Papa egit, et insigne illud Concordatum d. 23 Fruct. An IX. (10 Sept. 1801), post multas magnasque difficultates cum eo inivit.

Ipsius Concordati examen omittere debemus, quia ad argumentum nostrum non adeo pertinet; inter adjectos tamen lege d. 18 Germ. An X. (8 Apr. 1802) illi conventioni articulos, ita dictos *Organicos*, magni eos inspicere refert, quibus civitatis jura circa sacra definitiebantur. Horum nunc duo commemorandi sunt qui nobis inserviunt. Sic legimus articulo primo:

»Aucune bulle, bref, rescrit, décret, mandat, provision, ni autres expéditions de la cour de Rome, même ne concernant que les particuliers, ne pourront être reçues, publiées, imprimées, ni autrement mises à exécution, *sans l'autorisation du Gouvernement.*” Porro articulo tertio:

»Les décrets des synodes étrangers, même ceux des conciles généraux, ne pourront être publiés en France, *avant que le Gouvernement en ait examiné* la forme, leur conformité avec les lois, droits et franchises de la république française, et tout ce qui, dans leur publication pourrait altérer ou intéresser la tranquillité publique.” 1).

1) Cf. DUVERGIER, t. XIII.

Articulo illo primo non solum antiquum, sed etiam certissimum juris publici ecclesiastici Francici praeceptum agnitum fuit; 1) opus enim, cui titulus *Preuves des Libertez de l'Eglise Gallicane* abundat rebus judicatis, quibus constitutiones apostolicae, quae sine licentia invecetae erant, suppressae sunt, et nominatim totum ejus caput decimum inspiciendum est. Uti jam multo antea erat constitutum, verisimiliter quia natura sua non apta viderentur ut patescant, rursus decreto d. 28 Febr. 1810 statuebatur, brevia poenitentiaria executioni mandari posse nulla obtenta praevia venia; articulo ejus primo invenimus: »Les brefs de la pénitencerie, pour le for intérieur seulement, pourront être exécutés sans aucune autorisation.» 2).

Quod attinet ad alterum articulum de decretis synodorum exterarum et conciliorum generalium,

1) Cf. *Traitez des droits et libertez de l'Egl. Gall.* p. 15. »Bulles ou lettres Apostoliques de citation executoriales, subminatoires, ou autres ne s'exécutent en France sans Pareatis du Roy ou de ses officiers.» et p. 20. »Observans soigneusement que toutes bulles et expéditions venans de cour de Rome fussent visitées, pour sçavoir si en icelles y avoit aucune chose qui portast prejudice, en quelque maniere que ce fust, aux droits et libertez de l'Eglise Gallicane, et à l'autorité du roy.»

2) Cf. RONDONNEAU, *Coll. d. lois franç.* t. VI. p. 445.

etiam ille antiquis juris Francici principiis erat consentaneus, quod similiter videre est in jam laudatis *Probationibus*. 1) Animadvertendum tamen est, neutro horum articulorum organicorum ullam poenam delinquentibus esse irrogatam. Eorum ordinatione nihil novi igitur inductum erat, et egregie nobis probatur, libertates ecclesiae gallicanae etiam hoc tempore constanter servatas fuisse, ad quarum defensionem priores reges, Parlamentum et Universitas tam diu et serio vires intenderant: praeterea illorum momentum non parum augetur, si attendamus eos simul vetustissimum Belgarum jus confirmasse; quam ob rem dici nequit, Belgii provinciis australibus inauditam novitatem impositam fuisse, tempore quo Francico regno junctae, et hujus legibus obedientiam debentes, Concordati auctoritate obstringebantur. Fortasse vero, (etiamsi jam multis documentis tum antiquorum, tum posteriorum temporum ostenderimus, nullas bullas Pontificias, nec exterae eccle-

1) Cf. scil. cap. XIV, ejus inscriptio est: *»Que les conciles generaux ne sont point receus ny publiez en France, que par la permission et autorité du Roy.»* Eodem capite, ratione Pragmaticae Sanctionis regis CAROLI VII, dicitur *»in qua rex noluit acceptare omnia decreta Concilii Basiliensis, sed tantum ea quae consona juri forent, et quae in nullo poterant suae reipublicae praejudicare vel derogare.»*

siasticae potestatis decreta effectum apud nos sortiri potuisse antequam Placetum obtinuissent), quis quaerat, an duo illi articuli etiam in patria nostra, NAPOLEONTE imperante, vim legis acceperint?

Qua de re nullum adesse potest dubium.

Imperator statim, postquam d. 16 Mart. 1810 LUDOVICUS rex fratri suo cedere coactus fuerat Zelandiam, Brabantiam Septentrionalem, Hollandiam usque ad flumen Merwe dictum, et Gelriam usque ad Vahalin, eodem modo qui jam in Francia receptus erat, in illis regionibus sacra constituere incepit. Hoc enim effici potest cum ex decreto d. 26 Apr. 1810, quo regio vocata Département des Bouches-du-Rhin in diocesim erigeretur, cujus sedes Sylvaducis foret 1), tum ex ejusdem anni decreto d. 15 Maj., quo in regionibus sic nominatis Départemens des Bouches-du-Rhin, des Bouches-de-l'Escaut et de l'Arrondissement de Breda promulgabatur decretum d. 25 Febr. 1810 2) et LUDOVICI

1) Cf. FORTUIN, *Verz. v. Wetten*. dl. III. p. 128. Art. 4.

2) Hoc scilicet decreto, LUDOVICI XIV edictum cum Cleri Gallicani Declaratione anni 1682, generalis imperii lex declaratum erat, uti jam dudum antea Parlamentum Parisiense plus semel illam Declarationem civitatis legem clamaverat, v. e. d. 29 Jan. d. 23 Jun. d. 10. Dec. 1685, d. 14 et 20 Dec. 1695. Cf. DUPIN, *Man. du droit publ. eccl. franç.* (4^e éd.) p. 119.

XIV edictum, quod ita definitum legimus: »qui établit les principes antiques et inviolables de l'Eglise Gallicane contre toutes prétentions usurpatrices de la Cour de Rome, nées de la doctrine de GRÉGOIRE VII et de ses adhérens, qui est aussi contraire à l'esprit de l'Evangile et de Jésus-Christ, qu'à l'indépendance et à la dignité des nations et des Souverains, et qui a inondé le monde de sang." 1).

Brevi post, scil. in decreto 22 Jun., enumeratas invenimus leges ad sacra pertinentes, quarum executio in iisdem regionibus jubebatur, et inter eas memorantur lex d. 18 Germ. An X., decretum d. 25 Febr. 1810 et supra relatam illud d. 28 Febr. ejusdem anni, quo sola brevia poenitentiarum praevia veniae impetratione excipiebantur. 2) In hisce igitur patriae partibus articulorum organicorum auctoritas denegari nequit. Sed, cum mox totum Hollandiae regnum Francico adjectum fuerit imperio, eorum vis non minus in ceteris civitatis regionibus invaluit, uti apparet ex decreto d. 6 Jan. 1811, statuente leges d. 22 Jun. 1810 introductas (inter quas refertur lex d. 18 Germ. An X.), in septem novis regio-

1) Cf. FORTUN, *Verz. v. Wetten.* dl. III. p. 146. Art. 6.

2) Cf. idem. dl. I. p. 9, 10.

nibus executioni mandandas esse inde a primo die Martii 1). Paucis verbis probationes attulimus, quae nobis evidenter ostendunt, non solas Belgii provincias australes, sed septentrionales similiter sub NAPOLEONTIS regimine articulis illis organicis obtemperare debuisse.

Dum sic prudenter prospiciebatur, ne quid a Curia Romana impetratum reciperetur, publicaretur, typis mandaretur aut alio modo effectum sortiretur sine praevia Imperantis licentia, neve ulla exterarum synodorum quin etiam generalium conciliorum decreta in Francia promulgarentur antequam examinatum fuisset, annon civitatis juribus obstarent et publica quies eorum publicatione perturbari posset, eadem simul lege d. 18 Germ. An X. cautiones adhibitae fuerunt, casu quo sua abuterentur potestate ecclesiastici. In articulo sexto enim non obscure abusu casus determinantur, 2) licet speciatim

1) Cf. FORTUIN, *Verz. v. Wetten*, dl. I. p. 69.

2) *«Les cas d'abus sont: l'usurpation ou l'excès de pouvoir, la contravention aux lois et règlements de la république, l'infraction des règles consacrées par les canons reçus en France, l'attentat aux libertés, franchises et coutumes de l'Eglise Gallicane, et toute entreprise ou tout procédé qui, dans l'exercice du culte, peut compromettre l'honneur des citoyens, troubler arbitrairement leur conscience, dégénérer contre eux en oppression ou en injure, ou en scandale public.»*

non enuntientur, quod et propter multitudinem actuum qui quotidie fere incidere possunt, fieri nequibat, et ecclesiasticis facilem praeberet opportunitatem omnia faciendi, de quibus legis verba silentium tenerent: horum abusuum cognitio ex eodem articulo ad Consilium Status pertinebat. Iam antiquitas notum fuit illud jus recurrenti ad Principem, quoties iudices ecclesiastici aut jurisdictionis suae fines excesserant, aut canones violaverant. In Francia omni tempore appellationes de abusu (*appels comme d'abus*) civitati tribuebantur, et saepe ipse clerus civilis potestatis intercessionem invocaverat: olim illa iudicia a regibus Parlamento erant commissa, et secundum libertatum gallicarum praecepta abusus adesse intelligebantur, quum jurisdictio usurparetur, aut contra sancta decreta, ecclesiae gallicanae jura et privilegia, nec minus contra regis edicta et parlamenti sententias ageretur. 1) Lex igitur d. 18 Germ. An X. iisdem fere verbis utens, vetus juris praeceptum confirmavit. At vero etiam maxime convenit cum principiis hac in materia in Belgio receptis, ubi magna cum auctoritate de talibus abusibus judicare solebant Consilia. Quod si quis

1) Cf. *Traitez des droits et libertez de l'Egl. Gall.* p. 20. seqq.

plura scire velit, ZYPAEUM 1) et imprimis VAN ESPEN consulat, multum in hoc argumento versatum virum, 2) nec legere omittat Advocati Fisci GRASWINCKEL opus ubi de re locutus est, 3) et opusculum anonymi, *Aanmerkingen over de Vryheden der Belgische Kerk*, cet. 4) dum insuper egregie et ample tota materies exposita est in *Répertoire de l'adm. et du droit adm. de la Belgique*, voce *Abus*. 5) Nobis vero diutius in hoc immorari non licet, et si pauca quaedam de abusibus notavimus, hac unica ducti fuimus ratione, quod casus non desint in Francia, qui modo usurpationem tituli legibus abrogati aut collati a Papa per breve non rite receptum et publicatum, modo promulgationem brevis papalis nulla obtenta praevia venia spectarent, in quibus recursus

1) Cf. *Jus Pontificium novum*.

2) Cf. VAN ESPEN, *Scripta omnia*, t. IV. p. 287. seqq. *Tractatus de recursu ad Principem*.

3) Cf. *Opperste Macht*, dl. II. p. 195. seqq.

4) Cf. p. 52—76.

5) Par MM. C. DE BROUCKERE et F. TIELEMANS. (BRUX. 1854) t. I, ubi sub lege d. 18 Germ. An X. tres distinguuntur species recursus ad Consilium Status, scil. 1^o *Le recours d'office exercé en France par les préfets et en Belgique par les gouverneurs de province*. 2^o *Le recours exercé par des particuliers dans leur intérêt privé*. 3^o *Le recours exercé par les clercs inférieurs contre un supérieur ecclésiastique*."

exercebatur. 1) Denique ad Placeti historiam hujus periodi Francicae pertinet citatio legis d. 14 Vend. An X., qua nempe inter Consilii Status officia etiam bullarum refertur examen, antequam hae publicentur; »les attributions du conseil d'état relativement aux cultes, seront — d'examiner avant leur publication en France, tous les rescrits, bulles et brefs de la Cour de Rome." 2).

Obiter monendum est, postea in Francia decreto d. 25 Mart. 1813 art. 5. appellationes de abusu Curiiis Supremis tributas, sed edicto d. 29 Jun. 1814 art. 8. rursus earum cognitionem Consilio Status datam fuisse 3).

Hucusque varias leges Francicas commemoravimus, quarum si non omnes ad disquisitionem nostram unice pertineant, nonnullae vero aperte ostendunt, nec languente regiae potestatis splendore, nec crescente NAPOLEONTIS auctoritate, jus Placeti in Francia neglectum fuisse.

1) Cf. decretum d. 26 Mart. 1812, edictum d. 23 Dec. 1820, et d. 9 Mart. 1845. Consule DUPIN, *Man. du droit publ. eccl. franç.* p. 54 et 559.

2) Cf. DEVERGIER, t. XIII. — Cf. Arrêté du 11 Brum. An XII. DUPIN, *Man.* p. 55.

3) Cf. J. QUARLES VAN UFFORD, in dissert. *De Concilio-Status Franco et Neerlandico.* Lugd. Bat. 1844. p. 42 et 60.

CAPUT II.

DE JURE FRANCICO NOVISSIMO.

Cum nostra aetate dictum sit, jus Placeti in Francia vindicari ex generalibus gubernandi principiis et primo articulo legis d. 18 Germ. An X., nec tamen ulla lege sanctionem poenalem additam fuisse, unde contendunt, illius juris conservationem aut amissionem non pendere a quaestione, utrum lex poenam quamdam comminetur necne, 1) et alii contra putaverint, articulos 207 et 208 Cod. Poen. inter se junctos re vera poenam continere, quam subirent illi qui facerent interdictam bullarum publicationem, quae poena si deficeret, nemo nisi morali tantum obligatione teneretur ad laudatum articulum organicum observandum, nos haec sententiarum controversia stimulat, ut breviter articulorum 207 et 208 historiam exponamus, et horum ortum a fonte repetamus. Articulus

1) Cf. *Memorie van Beantwoording op het voorloopig verslag, betreffende het Wetb. van Strafr.*

lus 207 mulctam 100 francorum ad 500, et carceris poenam unius mensis ad duos annos indicit omnibus sacrorum ministris, qui de quaestionibus aut materiis religionem spectantibus commercium habuerint cum curia aut potestate extera, sine praevia illius commercii declaratione Imperatoris Administro facta et obtenta hujus venia, dum articulus 208 cavet de ejusdem delicti indole et qualitate graviori, quo casu delinquens exsilio punitur, nisi aliam poenam meruerit severiorem, lege constitutam. 1) Videamus nunc rationes quae legislatorem moverint. De his Comes BERLIER Consiliarius, in sessione d. 6 Febr. 1810 Coetus, cui nomen Corps-Législatif, ita locutus est: »Cette disposition, d'une haute importance, ne saurait

1) Art. 207. — Tout ministre d'un culte qui aura, sur des questions ou matières religieuses, entretenu une correspondance avec une cour ou puissance étrangère, sans en avoir préalablement informé le ministre de l'Empereur chargé de la surveillance des cultes, et sans avoir obtenu son autorisation, sera, pour ce seul fait, puni d'une amende de 100 francs à 500 francs, et d'un emprisonnement d'un mois à deux ans.

Art. 208. — Si la correspondance mentionnée en l'article précédent a été accompagnée ou suivie d'autres faits contraires aux dispositions formelles d'une loi, ou d'une ordonnance de l'Empereur, le coupable sera puni du bannissement, à moins que la peine résultant de la nature de ces faits ne soit plus forte, auquel cas cette peine plus forte sera appliquée.

alarmer que les artisans de troubles, et les hommes, s'il en est encore, assez insensés pour croire, ou assez audacieux pour dire que *l'Etat est dans l'Eglise et non l'Eglise dans l'Etat.*

Cette maxime ultramontaine, qui put prévaloir lorsqu'un pontife étranger disposait des empires et déposait les rois, a été depuis longtemps reléguée dans la classe des erreurs qu'enfantèrent les siècles d'ignorance.

Il ne s'agit pas, au reste, de rompre les rapports légitimes d'aucun culte avec des chefs même étrangers; *il n'est question que de les connaître*, et ce droit du gouvernement, fondé sur le besoin de maintenir la tranquillité publique, impose aux ministres des cultes des devoirs que rempliront avec empressement tous ceux dont les coeurs sont purs et les vues honnêtes. Si cette obligation gêne les autres, son utilité n'en sera que mieux prouvée." 1)

Perspicua haec Consilarii verba procul dubio probant, legislatorem Francicum hisce ita conceptis articulis ministros sacrorum catholicorum praesertim spectasse, eorumque cum Curia Romana commercium,

1) Cf. Locaë, *La législ. civ. comm. et crim. de la France*, t. XXX, p. 251. seqq.

licet nulla facta sit distinctio, et generaliter omnibus, cujuscunque sint cultus, eadem imponatur obligatio. Nihilominus nobis palam est, cum nequam inferre voluisse impedimentum legitimae cum capite etiam extero necessitudini, et huic contrarium non existimabatur, ubi publicae quietis causa prohibebantur ecclesiastici, ne cum potestate externa de rebus religiosis agerent, nisi, facta Imperatoris Administrato declaratione, hujus obtinuissent consensum. Cur haec munimenta adhibuerit legislator, et tanta sollicitudo ejus animum impleverit, ratio in eo versari videtur, quod non raro docuisset experientia, negotia politica suscipi obtentu religionis, et admodum periculosum esse civitati, si sacrorum ministris liceret sine ulla custodia de gravibus quaestionibus communicare cum exteris, quorum auctoritas tam facile ad patriae damnum vergat. Cujus prudentiae non primum praebet exemplum Codex Poenalis, nam testimonia ex patria historia desumpta luculenter ostendunt, neque nostrates hanc materiam neglexisse. Jam ipsa Synodus Dordracena, bene videns non a mero suo arbitrio pendere, statuerat: »Op wat wyse men met uytheemsche, ende insonderheyt met de fransche kereken correspondentie kan ende moet houden, sal met de Heeren Staten Generael gecommun-

niceert werden." 1) Memoratu vero non indignum est quod ea de re etiam decreverunt Hollandiae Ordines, et nobis persuasum erit, eos nullum commercium praevia sua cognitione exceptum voluisse. Die enim 7 Nov. 1665 in eorum actis invenimus: »dat de bedienaers des goddelycken woords haer sullen hebben te onthouden van alle correspondentien buyten 's lands, in saecken materie van Staet raeckende, en oock over kerckelycke saecken buyten 's landts geen correspondentie te dryven, dan met kennisse en volgens d'ordre der Regeringe." 2) Uti vidimus, haec verborum sententia non multum a legislatoris Francisci articulo discrepat, et dicere non possumus eum aliquid interdixisse, quod antea prorsus inauditum fuerit. Lubenter concedimus his cautionibus quodammodo liberum Catholicorum exercitium restringi, quippe qui exterum caput agnoscant, attamen fateri debemus legislatorem, quando ministrorum communicationes praeviae subjecerit approbationi, et iis diffidisse dici possit, nec tantopere vituperandum esse,

1) Cf. *Gr. Pl.* dl. III. p. 416. (*Postacta van de Nat. Syn. te Dordrecht*, Sessie 162. N^o. 4).

2) Cf. *Gr. Pl.* dl. III. p. 473.

nec inani timore affectum fuisse. Nam nunquam oblivisci debemus, ecclesiae pastores cives esse, quibus incumbit officium patriae salutis favere, et ejus legibus obtemperare, si harum ipsi frui velint tuitione; licet re vera Catholicos, Papam uti universae ecclesiae praepositum colentes, sanctam praestare oporteat ejus jussis reverentiam, quatenus haec unice religionem spectent, et civitatis commodis non obstant, dum nequaquam certe illorum sacrorum ministris, nisi summa injuria, adimetur facultas cum Pontifice communicandi de rebus quae ad fidem servandam necessariae sunt. At exempla docuerant non paucos Pontifices saecularem potestatem invasisse, et legislator sibi conscius fuisse videtur, plures inveniri ecclesiasticos, qui cum civitatem ecclesiae inesse dicerent, papali auctoritati ita perperam addicti essent, ut in omnibus rebus se ei subditos agnoscerent, et legum officiorumque observantiam Pontificis voluntate metirentur. Hoc saltem deduci potest ex oratione nobilissimi NOAILLES habita ad Coetum, qui vocatur Corps-Législatif, d. 16 Febr. 1810: »De quelque fonction qu'on soit revêtu, on ne cesse point d'être sujet de son prince et de l'Etat; on ne s'affranchit point des devoirs que l'amour et nos sermens nous imposent; on n'appartient point

à une autre puissance; — c'est un délit répréhensible et dangereux d'entretenir des relations avec une puissance étrangère contre le gré de son souverain, d'avoir une correspondance avec elle sur les fonctions que l'on exerce, de lui vouer une sorte de soumission, de se constituer son subordonné, et de faire dépendre l'exercice de ce qu'on doit à sa patrie, de ce qu'on croit devoir à une autre puissance" 1). Recte igitur legislator intellexit commercium habitum ab ecclesiasticis talibus opinionibus imbutis, civitati valde nociturum esse, quippe quo imperium in imperio constitueretur multaeque orirentur difficultates, ad quas tollendas necessaria visa est actuum notitia. Sufficiant haecce, ut legislatoris appareat voluntas eorum tantum actionibus invigilandi, qui cum externa potestate nimis periculosum et perniciosum commercium habere velint.

Transeamus nunc ad quaestionem illam, utrum articuli 207 et 208 revera adhiberi possint contra eum qui illicite bullas, brevia, aliaque Curiae Romanae decreta et mandata publicaverit, aut quovis modo executioni mandaverit, necne. Sed antea, licet duo hi articuli inter se cohaereant, brevissime eos separatim

1) Cf. LOCKÉ, *La légist. civ. comm. et crim.* t. XXX. p. 291. seqq.

exponere volumus, nam hac via utentes facilius nobis erit illud examen. Agamus igitur primo de articulo 207.

Contendunt CHAUVEAU et HÉLIE, factum cui hoc articulo providetur, delictum morale proprie non constituere, sed nudam contraventionem materialem puniri, nam lex aliquid describit quod facere prohibitum est, nulla ratione habita objecti et consilii quo commercium habitum sit 1). Attamen in articulo maximum et minimum poenae distinguitur, unde majorem minoremve dolum et culpam omnino respexisse legislatorem, non immerito dicas.

Si articulum perlegimus, statim videbimus delictum, de quo agitur, non locum habere, nisi haec quatuor concurrant, scilicet, ut commercium habitum sit 1°. a sacrorum ministro 2°. de quaestionibus aut materiis religiosis 3°. cum curia aut potestate extera 4°. sine praevia Imperatoris Administrato facta declaratione et obtenta hujus venia. Ante omnia quaerendum videtur, quid intelligendum

1) Cf. *Théorie du Code Pénal*. (éd. augm. par J. S. G. NYPELS, Brux. 1845.) t. I. p. 560. N°. 1997. «Remarquons qu'il ne s'agit point ici d'un délit moral; la loi trace une prohibition et punit toute infraction matérielle à cette défense; elle fait abstraction de l'objet de la correspondance et de l'intention qui l'a dirigée.»

sit voce illa »correspondance.” Vulgo certe hoc vocabulo contineri solent scriptura seu litterae, sed tamen non omittendum est, alio modo similiter commercium haberi posse, verbis nempe, et sane sacrorum minister puniendus esset, si manifeste constaret, cum hac via inita de rebus religiosis sine Imperatoris Administris consensu cum extera potestate communicasse. Ita etiam animadvertit Jurisconsultus CARNOT, qui simul observat, articulum ut poena irrogetur non postulare commercium directum, unde sequitur delictum adesse, si probationes afferri possint, sacrorum ministrum indirecte i. e. per aliorum hominum intercessionem egisse 1).

Supra jam retulimus, nullam a legislatore factam esse distinctionem, et cum indiscriminatim hoc articulo omnes ministros, quibuscunque addicti sint sacris, respexisse.

Quaerat fortasse quis, quomodo accipienda sint verba »avec une cour ou puissance étrangère,” utrum sermo sit de curia aut potestate ecclesiastica, an saeculari? Nisi aliud adducere possemus testimonium, respondere sufficeret, verba generalia esse, et nobis non esse distinguendum, ubi ipsa lex non

1) Cf. *Commentaire sur le Code Pénal* t. I. ad articulum 207.

distinguat. Sed, ut omne dubium ea de re tollatur, praeterire nolumus responsum a Jurisconsulto BERLIER, in sessione d. 4 Jan. 1811 Consilii Status, datum NAPOLEONTI roganti, an articulus 207 ad ecclesiasticos, qui cum Papa, Roma imperio Francico adjecta, illicite communicassent, extendi posset. Putat Consiliarius articulum omnem complecti potestatem, tam spirituales quam temporales, licet etiam declaret, legis scripturam quidem majori diligentia concipi potuisse, sed prudenter cavere voluisse legislatorem, ne Papa nominatim designaretur, quippe qui illa enuntiatione »puissance étrangère" non obscure comprehenderetur 1).

Pauca etiam attendenda supersunt, ratione debitaе Imperatoris Administro declarationis et impetrandae veniae priusquam commercium locum habere possit. Ex articulo non utique sequitur sacrorum ministrum teneri ad epistolas verbi causa tradendas, et eas censurae quasi submittendas;

1) Cf. Locaë, *La législ. civ. comm. et crim.* t. XXX. p. 346.
 »On a certainement eu le Pape en vue dans cette disposition; c'est contre ses entreprises qu'elle est dirigée. Si la rédaction n'est pas plus précise, c'est que par prudence, on a voulu éviter de le nommer, et qu'on a cru que le Pape se trouverait suffisamment désigné sous l'expression générique, *puissance étrangère.*»

Administri sufficit consensus, quem si obtinuerit sacerdos, statim cum curia extera agere potest 1). Contendere vero quis nequit, nihil aliud requiri a sacrorum ministro nisi ut hic veniam communicandi petat, et nudam faciat declarationem. Nam quomodo alioquin dijudicabitur, an commercium illud civitati periculosum futurum sit, necne, et satisfaciat legislatoris consilio profitentis, ut vidimus, »il ne s'agit pas de rompre les rapports légitimes, il n'est question que de les *connaître*." Secundum hoc argumentum omnino sacrorum minister declarare tenebitur, qua de re commercium inire velit. Sed et propter aliam rationem ad id obligari videtur, quia enim vix credere possumus Imperatoris Administrum aliquid concessurum esse quod ignoret, unde, si casus inciderit periculosum quoddam commercium habitum fuisse, ad obtentam licentiam provocandi praeberetur facultas. Denique respectu impetrandae veniae attendendum est articuli voca-

1) Sic quoque opinantur CHAUVEAU et HÉLIE, l. I. «Il résulte des termes de l'article, que ce n'est point une censure légalement établie de la correspondance du clergé: le ministre du culte n'est assujéti qu'à demander l'autorisation de correspondre; cette autorisation obtenue, il peut s'adresser directement à la cour étrangère, sans être astreint à communiquer ses dépêches.»

bulum »préalablement,» quo patet sacrorum ministrum ante omnia veniam petere et obtinere debere, nam poenae etiam obnoxius foret, etsi Administer, inchoato jam commercio cum extera potestate, consensum suum dedisset. 1).

Quid articulo 208 dicere voluerit legislator, non latet. Ibi non amplius agitur de nuda violatione prohibitionis priori articulo enuntiatae, sed legislator prospexit casui, quo tale commercium, quale ex articulo 207 punitur, aggravatur factis concomitantibus et aliis subsequentibus, quae alicui legi et imperiali edicto contraria sint. Recte dicunt CHAUVÉAU et HÉLIE omnino requiri, nisi solus articulus 207 applicetur, facta illa concomitantia ita esse constituta, ut agentis dolosam patefaciant voluntatem 2). Praeterea, ut crimen adsit, aliud quid observandum est, scilicet, directo modo expressis legis seu edicti verbis repugnare debent facta concomitantia, i. e. secundum CARNOT, »que l'on ne

1) Hac de re notavit CARNOT, l. I. »en sorte que l'approbation que le ministre du Roi aurait pu donner *après coup* à la correspondance qui aurait été entretenue, ne servirait pas d'excuse au ministre du culte qui s'y serait livré sans avoir commencé par s'y faire autoriser.»

2) Cf. *Théorie du C. P.* t. I. p. 561. N°. 1999.

pût en faire une autre application avec quelque apparence de probabilité; car tout acte qui peut se légitimer sous un rapport quelconque ne constitue pas un véritable délit, et ne peut dès-lors emporter aucune peine" 1). Poena tandem quae generaliter statuitur est illa exsilii, et nihil refert, utrum facta aggravantia ex natura sua nullam meruerint poenam, an tantum correctionalem, aut exsilio minorem: 2) tum demum quum graviolem poenam secum trahant facta, major sola irroganda erit.

Hisce obiter relatis, nobis iudicium ferendi non incumbit officium, an duo hi articuli magni sint aestimandi necne, et affirmare non audemus custodito illo ministrorum commercio omne averti periculum, quia talibus ecclesiasticis, qui mala fide agentes ob nullam aliam causam declarationem fecerint Administro et ejus consensum obtinere studuerint, quam ut postea quodammodo se defen-

1) *Comm. sur le C. P. t. I. ad articulum 208.*

2) CHAUVEAU et HÉLIE. I. I. «la loi n'a fait, à l'égard de ces trois hypothèses, aucune distinction: quelle que soit la distance qui les sépare, la peine est la même, et cette peine est le bannissement.» CARNOT I. I. dicit, «le législateur a voulu que ces faits, lors même qu'ils ne seraient punissables que d'une peine correctionnelle dans toute autre circonstance, fussent punis dans celle-ci du bannissement.»

dere possint, facultas erit ineundi communicationem, ab illa antea simulata plane diversam. At primo inquirere restat, quaenam illis articulis dari possit interpretatio, seu potius quid cogitandum sit de illorum sententia, qui ab una parte putent, lege d. 18 Germ. An X. obligationem quidem inferri Placetum petendi, sed in Codice Poenali nullam inveniri poenam in eos qui id omiserint, et ab altera parte dicere perseverent, articulos 207 et 208 inter se junctos omnino spectare bullarum, litterarum aliorumque exterae ecclesiasticae potestatis actuum publicationem et disseminationem, neglecto Summi Imperantis praevio consensu. Hac in re veritatis unice studiosi, neutram partem sequi conabimur, et naturalem tantum articulorum sensum consulemus.

Dilucide apparet articulum 207 nihil aliud nisi talis commercii prohibitionem continere, quod sine praevia declaratione et subsecuta licentia initum sit a sacrorum ministro, et legislator usus est vocabulo »correspondance» quod, ut monuimus, tam de litteris quam de verbis intelligendum est. Secundum nostram sententiam articulus, si proprie accipiatur, solum cavere voluit de illis communicationibus, cujuscunque sint indolis et quocunque modo fiant,

quas patrii ecclesiastici cum extera potestate, Catholici verbi causa cum Pontifice incant, unde nuper aliquis scriptor animadvertit sacrorum ministrum, cum ex lege antequam commercium haberi liceat veniam impetrare teneatur, hanc igitur petere debere quoties bullas, brevía, aliaque mandata foris rogare, recipere et accipere velit 1). Ex hac opinione hi ecclesiasticorum actus, inter alios certe, intelliguntur verbo »correspondance", et revera res ita se habere videtur. Illicitum vero credimus tam late eam vocem interpretari, ut sine ullo discrimine puniendus esset ecclesiasticus, si modo bullam aut mandatum recepisset et accepisset. An exempli gratia ei poena irroganda esset, si Pontifex mera lubricine ei bullam aliquam misset, et ecclesiasticus consilii inscius eam accepisset? Hoc sane negandum erit. Nam quomodo praeviam Administri licentiam obtinere poterat ille, dum simul, quando propositae quaestioni affirmando respondemus, Pontificis voluntas sufficiet, ad ecclesiasticum

1) Cf. opusculum nuper Leidae editum, quod inscribitur »*Het Placet en de Regering.*" p. 9. »De bewoordingen van het artikel (207) zija blijkbaar zóó gesteld, dat de Geestelijke er slechts door verboden wordt, om, tot het voeren der bedoelde verstandhouding, en dus tot het aanvragen, ontvangen en aannemen van Bullen, Mandaten, etc., de vereischte autorisatie te vragen."

poenae obnoxium reddendum. Nobis ita argumentantibus apparuit, non immerito circa bullarum receptionem et acceptionem faciendam esse distinctionem. Articulus 207, nostro qualicumque iudicio, bullarum *petitionem*, *receptionem* et *acceptionem* omnino Administri custodiae subicit, sed ex articulo puniri nequit sacrorum minister qui *recipiendi* et *accipiendi* veniam rogare omiserit, nisi haec acta cum prioribus factis cohaereant aut necessarii fuerint effectus praecedentium cum extera ecclesiastica potestate communicationum, de quibus omnibus rebus manifeste tamen constari debet. Erunt profecto qui dicant, nos sic interpretantes ecclesiasticis latam aperire viam et ad bullas petendas neglecto Administri consensu, et ad defensionem si eas acceperint, se nullo modo illas postulasse, et igitur non poenae obnoxios esse. Res tamen, ut nobis videtur, non magnam praebet difficultatem; duo enim exstant casus. Ecclesiasticus scilicet, bullam petere poterit propria auctoritate aut spreto Administri recusatione, et utroque casu receptio et acceptio talis bullae eum facient. Si nihilominus praetendere auderet, se prorsus ignoravisse bullam aliquam adventuram esse, adminicula saltem non deficerent examinandi, utrum verum dixisset ecclesiasticus, necne. Hoc

verbi causa ex ipsius bullae verbis, vel per scrutationem domesticam ex chartis constare poterit. At nequaquam dicere debemus civitatem, quia hoc articulo jam nullum commercium patiatur tutela et consensu exemptum, multo minus bullarum aliorumque mandatorum *publicationem* et *executionem* toleraturam esse, et igitur articulum 207 eatenus legis d. 18 Germ. violationem poena plectere, nam mox videbimus nefas esse tali argumento a fortiori uti.

Quod melius ostendere non possumus quam memorabilis illius facti narratione, quod in Consilio Status occasione electionis Archiepiscopi Florentini locum habuit, cujus gravissimae rei documenta nobiscum communicavit Locré, et digna sunt quae verbo commemorentur. Supra jam prolatum est, quid in sessione d. 4 Jan. 1811 existimaverit BERLIER de NAPOLEONTIS interrogatione, num ecclesiastici, qui illicitum habuissent commercium cum Pontifice cujus dignitas temporalis cessaverat, articulo 207 adhuc continerentur. Eadem opportunitate dixit Imperator sibi non satis ex articuli scriptura liquere, utrum curiis agere liceret contra ecclesiasticos qui executionem dedissent bullae pontificiae nullo imperiali decreto munitae, nec in Consilii Status acta relatae. Questus est simul de angustae interpreta-

tionis molestia, qua effieciatur tantum condemnari posse secundum legem, quae certo modo definiat crimen seu delictum, de quo iudex sententiam ferre tenetur, unde hoc damnum oriretur, omne impune jacere cui non cavisset lex poenalis. Animadvertit Comes DE SÉGUR Codicis Poenalis articulos, qui loquantur de iis qui civitatem turbent et Imperatori non praestent fidelitatem, contra ecclesiasticos adhiberi posse. Putabat contra DUBON distinguendum esse, utrum bulla sine consensu publicata et executioni mandata sit, et nuda contraventio constitueretur in Codice fortasse neglecta, an vero talis bulla Imperatoris jura laedat, quo facto crimen perpetratum foret, poena seditionis omnino puniendum: credidit tamen, Consilii non esse ad hanc distinctionem animum attendere, quum non satis clara essent facta. Respondit Imperator se, postquam Papa nominatum Florentinum Episcopum canonice instituere recusasset, indulgentia ductum dedisse administratorem, quem recipi vero vetuisset Pontifex, cujus brevi obtemperaverat Capitulum; quo dicto, DUBON pronuntiare veritus non est, id sine dubio seditioni esse aequiparandum. Negari nequit hucusque Consiliariorum opinionem ecclesiasticis parum prodesse, et non dubium videtur quin ita locuti

sint adulatione NAPOLEONTIS, cujus aures tales sententiae sane mulserint, quum aegerrime ecclesiasticorum audaciam et usurpationem ferre soleret. At alii majori moderatione egerunt. Admonet Comes NERI-CORSINI nemini in Tuscia licere se ad Papani convertere sine Imperantis consensu, et bullas exsequi nisi ratae habitae fuerint. Declarat tamen Comes REGNAUD articulum 207 adhiberi non posse, neque legem d. 18 Germ. magis juvare. 1) BERLIER contra opinatur, nihil obstare quominus articulus 207 applicetur, nisi quod delictum commissum esset ante Codicis Poenalis promulgationem, sed suggerit legem d. 17 Jun. 1791, cujus verba jam a nobis tradita sunt, quumque objecisset Jurisconsultus CAMBAGÈRES illam abrogatam esse, dixit MERLIN, ex articulo ultimo Codicis Poenalis omnes priores leges observandas esse, respectu rerum de quibus sileret Codex.

Quidquid sit, sive uni alterive horum virorum magis assentiamur, id saltem procul dubio ex diversissimo eorum judicio sequitur, articulo 207 non

1) Cf. LOCACÉ, *La légis. civ. comm. et crim.* t. XXX. p. 548. « que l'art. 207 du C. P. ne lui paraît pas applicable à l'espèce, et que l'art. 1^{er} de la loi du 18 Germ. an X n'offre pas plus de moyens de répression. »

utique provideri casui quo ecclesiasticus bullam executioni mandaverit sine praevia licentia. Hoc praeterea eo dilucidius apparet, quod NAPOLEON, tam gravem materiam non torta infirmæ legis interpretatione comprimendam esse dicens 1), sectionibus Consilii rerum internarum et legum ferendarum speciminis confectionem mandaverit, quo severa sub poena omnis cum Papa prohiberetur communicatio nisi accepta venia, seu cujuscunque bullae pontificiae usus, cujus publicatio decreto munita non esset 2).

Inde fortasse argumentationem concludere velis, in articulum 208 non magis incidere eum, qui nullo obtento consensu publicaverit bullam aut huic dederit effectum, quoniam alioquin non opus fuisset ad alius legis adminiculum confugere. Nonnulli insuper ad opinionem illam firmandam objicient, quod apud

1) Cf. LOCACÉ, *La légis. civ. comm. et crim.* t. XXX. p. 319, ubi verba traduntur Imperatoris in Papas invehentis. «Sa Majesté saura bien les réprimer; mais si, sous son règne, ils déploient tant d'audace, que serait-ce sous un gouvernement faible? Ce n'est point par des interprétations forcées de lois faibles et imprévoyantes qu'il faut chercher à les arrêter: une matière aussi grave exige des dispositions formelles.»

2) Cf. eod. loc. — Adnotat LOCACÉ, hocce mandatum nullum habuisse effectum, sed hoc nihil refert, quia nobis scire sufficit, Imperatorem sibi persuasum fuisse omissionem supplendam esse.

LOCRÉ legimus, ubi respectu primi articuli legis d. 18 Germ. An X. etiam dicitur, «ni cette loi ni le Code Pénal n'ont déterminé la peine qu'entraînerait la violation de cette défense" 1). Alii rursus opinionem suam tuebuntur sententia Clarissimi CARNOT dicentis, Codicem Poenalem deficere, si sacrorum minister in coetu publico legeret, affigeret, distribueret, seu legere, affigere, distribuere juberet aliquod scriptum quod originem duceret ab extera ecclesiastica potestate, aut a quocunque sacrorum ministro qui in Francia non degeret, aut se exterae potestatis delegatum esse profiteretur: quae omnia, salva graviori poena e scripto aestimanda, poena carceris prohibuerat articulus 22 legis d. 7 Vend. An IV. 2), cujus observantia quum articulo 484 custodiretur, ad illum provocat CARNOT 3). Sed respondemus articulum 208, sine ullo dubio et nulla scripturae distortionem, adhibendum esse contra eum qui bullas mandataque sine Imperantis assensu publicaverit et executioni mandaverit, manente tamen difficultate inextricabili, quare et NAPOLEON perspi-

1) Cf. eod. vol. p. 314.

2) Cf. BOURCIGNON, *Dict. rais. d. lois pén.* t. III. p. 467.

3) Cf. *Comm. sur le C. P.* t. I. ad articulum 207.

cuae legis specimen habere voluerit, et Locatè declarare non dubitaverit, Codicem Poenalem nullam statuisse poenam. Nodus ita solvendus erit. Si commercium cum extera ecclesiastica potestate, quale articulo 207 prohibetur, aut, ponamus exemplum, si bullae *petitionem*, receptionem et acceptionem illicitam comitata vel subsecuta sint facta alia legibus expressis contraria, delinquenti poena exsilii irrogabitur, nisi majorem meruerint facta. Quaenam vero facta hic intelligenda sunt? Credimus legislatorem omnia omnino respexisse, quia contendere non licet, eum nonnulla passurum esse quae civitatis legibus obstant. Recte inter ea etiam bullae publicatio aut executio censenda est, quae lege d. 18 Germ. An X. prohibentur. Ut igitur ratio sit applicandi articulum 208, requiritur, illam publicationem seu executionem locum habuisse ejus opera, qui antea bullam illicito modo petiverit, receperit et acceperit. Unde sequitur eum non puniri posse, qui bullam non petiverit quidem, sed missam sibi ullo modo executioni mandaverit. Respectu hujus casus iudex igitur articulo 208 uti nequiret. Certe e relatis a sacrorum Administro apparet, talem fuisse speciem facti Capitulo Florentino exprobrati. Litteras papales nimirum non rogaverat, nec directe vel

indirecte eas postulaverat, licet Pontifex brevi suo respondere simulasset quaestionibus sibi factis a Vicario Capitulari et a Capitulo. Legimus enim haec verba Administri: »Je joins à ce rapport une lettre originale que le chapitre m'a adressée pour m'instruire que leur soumission aux volontés de l'Empereur, et leur déférence pour l'évêque se trouvaient contrariées par une lettre du Pape *qu'ils n'avaient demandée ni provoquée directement ni indirectement.* — Cette lettre a donc été provoquée par des gens sans caractère pour la demander, et n'ayant pour but que d'allumer un brandon de guerre civile" 1). Merito igitur statuit LOCRÉ, Codicem Poenalem nullam continere poenam, si nempe tantum sermo sit de sola facta publicatione aut executione, nullis rebus antecedentibus, et Imperator bene intellexit novam legem ferendam esse, si indiscriminatim omnem bullae usum prohibere vellet, cujus publicatio decreto non sancita esset, dum alioquin nuda publicatio aut executio solum constitueret casum *abusus* lege d. 18 Germ. An X. cautum. Hanc ob rem etiam nulla poena gravatum fuisse videtur Capitulum Florentinum, et in decreto d. 23 Jan. 1811,

1) Cf. LOCRÉ, *La légist. civ. comm. et crim.* t. XXX. p. 326.

quo illud breve papale rejiciebatur, insertam tantum invenimus clausulam: »Nous défendons en conséquence de le publier, et de lui donner directement ou indirectement aucune exécution,» dum tamen articulo secundo poena irrogabatur iis, qui dictum breve clandestine postulassent, transmisissent aut communicassent 1).

Hocce vero decretum nullam generalem constituere regulam, unusquisque intelliget: nam ibi solummodo agebatur de certi facti aestimatione, quae, cum ipsum factum non amplius exstet, ad alios ejusdem generis casus non extendi potest, nisi lex id expressim praecepisset. Ita merito dixerunt CHAUVEAU et HÉLIE 2).

Pro virium nostrarum tenuitate, articulorum 207

1) Cf. LOCRÉ, cod. vol. p. 313. «Ceux qui seront prévenus d'avoir, par des voies clandestines, provoqué, transmis ou communiqué ledit bref, seront poursuivis devant les tribunaux et punis comme tendant à troubler l'Etat par la guerre civile, aux termes de l'art. 91 et 103 du C. P.»

2) Cf. *Théorie du C. P.* p. 561. N^o. 1998. «Il n'est pas besoin de démontrer que ce décret ne renferme point une règle générale, et d'ailleurs une telle règle ne pourrait enchaîner les tribunaux. Il ne s'agit dans cet acte que de l'appréciation d'un fait, appréciation qui ne peut survivre au fait lui-même. Pour étendre la même incrimination à tous les faits de la même nature, il eût fallu l'intervention de la loi elle-même.»

et 208^o examen absolvimus, et ipse judicet benevolus ac aequus lector, utrum merito a nonnullis contendi possit, bullarum sine Placeto publicationem aut executionem nulla sanctione poenali cautam esse, an aliorum potius valeat opinio, qui putent, revera illos articulos in eorum nexu ad talia facta referendos esse. Priusquam vero ad alia progrediamur, iterum nostram sententiam paucis verbis concipere volumus, nimirum, quod cum iis facere non dubitemus, quibus articuli inter se juncti ad violationem primi articuli legis d. 18 Germ. An X. puniendam idonei videantur. Quod si tamen verum sit, simul fateri non veremur, summam fore injuriam, si unquam articuli in eum sacrorum catholicorum ministrum adhiberentur, qui, nullo praevio cum Curia Romana illicite habito de rebus religiosis commercio, bullas, breviam, decreta seu quaecunque similia, propria auctoritate publicasset aut alio modo executioni mandasset. Quando actus talis indolis perficiendus esset, tantum casus constitueretur abusus, et omnino Principi competeret jus supprimendi mandatum, quo bullae publicationem jussisset ecclesiasticus.

CAPUT III.

JURIS PLACETI HISTORIA IN REGNO BELGICO RECENTIOR.

Si anterioris aetatis exempla egregie probaverunt, quam necessariam civitatis tranquillitati majores nostri juris Placeti observantiam existimaverint, recentior memoria non minus evidenter testatur, nostrates illud jus sollicite curare et continuo exercere non desiisse. Pervulgata sane sunt testimonia quae nos adducere oportet, et, nisi argumentum nostrum pertractare in animo haberemus, benevolam lectorem taedio non afficeremus eorum iteratione, quae nuper tam frequenter prodita sunt. Sit nobis igitur venia documenta breviter tradendi, quae novissime ad jus Placeti pertinent, dum postea erit opportunitas diversas res summatim communicandi, quae in Concione Ordinum Generalium variis temporibus de Placeto actae sunt, ut tandem, praemissis quibusdam observationibus, specimini nostro finem imponamus.

QUAM GUILIELMUS I NAPOLEONTI in omnibus Belgii

provinciis succederet, res ita fere recepit uti eas reliquerat Imperator. Lege d. 18 Germ. An X. obligabatur non tantum pars australis, sed etiam, uti vidimus, septentrionalis, quae tamen (in hoc uno nullum adhuc effectum habuerat Concordatum), secundum verba decreti d. 18 Oct. 1810 suam retinuerat sacrorum ordinationem 1). Quam serio Rex jam mature jus Placeti vindicare studuerit, ex nonnullis patebit decretis, unde facile quae ipsi fuerit voluntas, efficias. Ita decreto regio d. 16 Sept. 1815 constituebatur Collegium virorum commissorum, qui electi e Consilio Status et sacra catholica profites, una cum Administro Generali (*Directeur-Generaal*) GOUBAU D'HORVORST res Catholicorum curarent. His simul incumberebat officium examinandi mandata ab externa potestate oriunda, priusquam in civitate publicarentur 2), dum insuper anno se-

1) Cf. FORTUIN, *Verz. v. Wett.* dl. III. pag. 214, art. 206. »L'organisation du clergé catholique et du clergé protestant, actuellement existante, est maintenue.»

2) Cf. *Byvoegsel tot het Staatsbl.* Art. 6. »Daar de wetten der Nederlanden medebrengen, dat geen bevelschrift over geestelyke zaken, van een vreemd gezag afkomstig, in dit Ryk publiek mag worden gemaakt zonder goedkeuring der Regering, bepalen wij, dat het daartoe vereischte onderzoek voortaan geschieden zal door de Commissie uit den Raad van State, gemeenschappelyk met voormelden Directeur-Generaal,» cet.

quenti in omnium pervenit notitiam, Regem, ecclesiam romanam praesertim in provinciis australibus secundum Concordatum eique additam legem organicam et posteriora decreta imperialia rectorum, omnia negotia quae in Francia ad Consilium Status pertinuerant in posterum credidisse illis viris, quae ad sacrorum Administrum, Administrum Generalem, quae Praefectis, provinciarum Rectoribus, et nominatim hoc dedisse praeceptum, »alle autorisatie en vergunningen die, achtervolgens dat concordaat en die organieke artikelen, aan Ons zullen moeten worden gevraagd, zullen door de tusschenkomst van gem. Directeur-Generaal ter Onzer kennisse moeten gebragt worden,» cet 1). Hisce, dum ab una parte laudanda erit regia cura, ne pervetus et eximium civitatis jus periret, neve nimia ecclesiastica auctoritas in civium detrimentum vergeret, ab altera eo etiam ejus eminuit animi magnitudo, quod bullarum examinationem non subjecerit viris, qui aliqua praedjudicata opinione abrepti, eas improbare potuissent, sed eam commiserit Consiliariis a quibus sane expectari poterat, eos propter religionem suam Pontificis voluntati non adversaturos esse, nisi haec pa-

1) Cf. *Staatsblad*. Besl. v. 10 Mei 1816, art. 3.

triae legibus aut commodis revera obstaret. Putet tamen nemo, jus Placeti solummodo circa ecclesiam catholicam a Rege observatum fuisse, nam contrarium manifestum habemus: nempe perspicuis verbis in nonnullis ordinationibus (*reglementen*) legimus, haud prorsus dissimile jus ratione aliorum sacrorum custodiri, quamquam verum sit illud non eodem modo exerceri, quod vero locum habere nequit propter diversam cultus institutionem. Nisi enim ecclesiastici catholici bullarum examen, antequam hæc effectum ullum sortiantur, traderent Consiliariis, a quorum judicio pendeat an Rex publicationem aut executionem concedat vel non, difficillima utique foret res, efficacius invenire munimentum ne Pontificia mandata civitatis legibus noceant ejusque turbent quietem; nam omnino attendendum, Catholicos in rebus religionem spectantibus summum tribuere imperium potestati exterae, scil. Papae, cujus dignitas certe non pateretur, sua decreta probationi vel improbationi regii Administrati subijcere. Respectu aliorum sacrorum contra, puta Reformatorum, Synodo uti Supremo Collegio tributa est potestas legifera 1), attamen, ne quid susceperetur

1) Cf. BROES, *Kerk en Staat*. dl. IV. 2^e st. pag. 418, *Algemeen*

unde civitas damnum capere posset, regius Delegatus (*Commissaris*) illi Coetui adesse tenetur 1), quo efficitur eum, patriae jurium defensorem se gerentem, cujuscunque decreti originem pressurum esse, quo leges violarentur et publica tranquillitas periclitaretur. Talis indolis esse ejus munus, luce clarius apparebit ex verbis, quae ipse Administer sacrorum, REPELAER VAN DRIEL d. 28 Mart. 1816 scripsit 2) classi Amstelodamensi, quum haec inter alia quæstæ esset de nimia Delegati auctoritate. »De Commissaris des Konings is in het Synode, met den algemeenen lastbrief *ne respublica damnum capiat*; om toetozien dat er niets voorbereid, verhandeld of verrigt worde, waardoor de Staat schade zou kunnen lijden; en eindelijk om te waken voor de handhaving eener regtmatige ondergeschiktheid aan de Overheid en

Reglement voor het bestuur der Hervormde Kerk. (7 Jan. 1816) art. 23 »De Synode ontwerpt algemeene kerkelyke reglementen en verordeningen, en draagt dezelve voor aan het meergemeld ministerieel Departement, ten einde daarop de goedkeuring des Konings te erlangen.» Cf. etiam eod. vol. p. 433, *Alg. Reglem. op het bestuur der Evang. Luth. Kerken.* art. 31.

1) eod. vol. p. 421, art. 18. *Luth. Regl.* art. 26.

2) eod. vol. p. 403. *Schryven van den Commissaris Generaal, provisioneel belast met de zaken der Herv. Kerk, aan de Eerw. Classis van Amsterdam.* — Cf. H. J. ROJAARDS, *Hedend. Kerkr.* dl. I. p. 240 seqq.

's lands wetten." Cum praeterea ecclesiasticis coetibus ne ullum quidem commercium habere liceat cum exteris ecclesiis sine praevio Regis consensu 1), nonne merito statuas, ecclesiae magistratus longe minus extera ecclesiastica mandata, decreta aliosque actus recipere, promulgare aut executioni mandare posse nisi impetrata a Rege venia? Indubitate hoc affirmandum et dicendum est, Regem generaliter perspicuis praeceptis ad patriae salutem jus Placeti tuitum esse.

Brevis experientia docuit, casum extitisse cujus memorabilis at infaustae historiae Princeps MAURITIUS DE BROGLIO, Gandavensis Episcopus, fuit auctor. NAPOLEONTI invisus propter audaciam diu ex pontificiae auctoritatis defensione manifestam, ab eo in carcerem conjectus erat, quo liberatus anno 1814, recuperaverat munus episcopale. Quae mox secutae sunt ejus actiones accuratius considerandae sunt, ut hac ratione facilior aperiatur via ad facta cognoscenda, quae postea ei imputabantur. Postquam jam antea ex absentis hujus Episcopi voluntate, dioeceseos Gandavensis Vicarii Generales Congressui

1) Cf. BROES, *K. en St. dl.* IV. 2^e. st. p. 420, art. 12 et p. 435, art. 11.

Viennensi tradidissent scriptum 1), ut australes Belgii provinciae certam obtinerent cautionem, ne adjectae regno Principis sacra Protestantium profitentis, grave in posterum damnum caperet ecclesia catholica, mense Julio anni 1815 Proceribus Belgii a clero distribuebantur exemplaria anonymi scripti 2), quo ostendebatur nulli Catholico, nisi conscientiae suae afferret sollicitudinem, novae constitutioni suffragari licere. Non in eo statu mansit res. Brevi post incepto operi institerunt Episcopi, et Regi d. 28 Jul. exhibuerunt libellum supplicem 3). At mirum in modum Gandavensis Episcopus, pastoralis sui officii immemor, legem infregit patriae, quum d. 2 Aug.

1) Cf. BROES, *K. en St.* dl. IV. 2^e st. p. 529, qui licet tantum documenti dedit partem, nobiscum communicavit ejus titulum. »Mémoire adressé le 8 Oct. 1814, aux Hautes Puissances, assemblées dans le Congrès de Vienne, par M. M. les Vicaires-Généraux du Diocèse de Gand, dans l'absence et suivant l'intention expresse de Monseigneur le Prince DE BROGLIO, Evêque de Gand." — Idem vero integrum extat apud MÜNCH, *Vollständige Samml. aller ältern u. neuern Konkordate*, II^r Th. p. 425 (Leipz. 1831), et lectu dignissimum.

2) Cf. J. J. RAEPSAET, *Oeuvr. Compl.* t. VI. pag. 181. »Avis aux notables de la Belgique, choisis par Sa Maj. pour voter le rejet, ou l'acceptation de la nouvelle constitution au nom des Belges." (Auctore LESURRE Gandavensis Dioeceseos Vicario Generali, uti adn. edit.).

3) Cf. idem. p. 350. »Représentations respectueuses des Evêques de Gand, de Namur et de Tournay," cet.

ejusdem anni suas ederet litteras, 1) quippe quibus clericum et fideles dioeceseos suae exhortatus est, ut nonnullis novae legis fundamentalis articulis, quos religioni catholicae contrarios dicebat, non adhaerent. Nam, etiamsi ex imo pectore credere potuerit episcopus, novam illam constitutionem gregis curae suae commissi salutem impedituram esse, omnino tamen non ignorare debebat, factum esse illicitum spiritualis sui muneris terminos transgredi, temporalibus se immiscere negotiis, et, quod pejus, publicae auctoritatis acta palam improbare. Non fugiebat eum, quam facile religione impulsus avertantur animi, quantaque mala inde in civitate oriantur, imprimis quando e principibus ecclesiae unus exhortatione sua inobedientiae admoneat fideles. Eheu, illud Episcopi factum multarum discordiarum fuit stirps futurarumque turbarum praesagium. Alii episcopi non diu haesitaverunt, an Episcopi Gandavensis exemplum sequerentur, et similes litteras pastorales typis mandaverunt ut per dioeceses spargerentur, et rerum judicialium Administer jussit non solum omnia libelli exemplaria ubique adimenda, sed et

1) Cf. idem. p. 556.

typhothetarum tabulas frangendas esse. 1) Quam vehementer novam constitutionem impugnaverint ecclesiastici, et licet haec majori suffragiorum parte fuerit rejecta, Rex nihilominus eam accipiendam esse declaravit, constituto tempore intra quod fidelitatis juramentum unusquisque praestare deberet. Definitum tamen diem non expectaverunt episcopi, qui nunc per scriptum cui nomen »Jugement doctrinal» tamquam fidei iudices dioecesanis notum fecerunt, eos constitutionis observantiam solenniter promittere non posse, nisi magnum sibi crimen facere vellent et ecclesiae relinquerent salutem. 2)

Neque infructuosam episcoporum adhortationem fuisse, frequenter ostenderunt exempla, quinimo eorum curam laudabat Pontifex ex cujus brevi, d. 1 Maj. ad MAURITIUM DE BROGLIO misso, apparuit Gandavensem Episcopum magna cum diligentia totam

1) Cf. idem. p. 188. «Le Gouvernement donna ordre aux intendans d'enlever l'instruction de l'évêque de Gand, tant chez les curés, que chez les particuliers, et fit à Namur rompre les presses de l'imprimeur occupé à l'imprimer; mais cette voie illégale fut aussitôt dénoncée au public par une lettre imprimée.» Hanc epistolam invenies p. 374.

2) Cf. idem. p. 376. — Legatur etiam pulchra oratio Viri Ampl. L. C. LIZAC, in Concione Ordinum Generalium habita. *Staatse.* 1850 N° 231. 6°. *Bijv.*

rem cum Pio VII communicasse, eique omnia misisse documenta quae ad materiem spectarent. Constat ipsius brevis exemplar ab episcopis Regi d. 8 Jun. ejusdem anni exhibitum fuisse, ut sic omni absolverentur suspicione. Quum non diu post, licet caeteri episcopi secundum decretum d. 25 Sept. monuissent ecclesiasticos et fideles, ut felicem Reginae nostrae partum precibus orarent, unus DE BROGLIO per multos menses hac de re siluisset, et demum d. 8 Mart. 1817 *Te Deum* ad proximum diem Dominicum cantare jussisset, dilationis et morae causam hanc esse dicens, quod summi ecclesiae capituli sententiam diu exspectasset, nunc tamen Pontificis breve (d. 1 Febr. 1817) accepisset, 1) illud Episcopi factum justitiae vigilantiam excitavit. Quia enim non solum constabat, eum commercium inivisse cum Pontificia Sede nulla facta declaratione sacrorum Administro nulloque obtento consensu, sed etiam breve publicavisse spreto Placeto, 2) Curia Criminalis Bruxel-

1) Cf. *Staatsc.* 1817 N^o. 67.

2) Cf. STUART, *Jaarb.* 1817 2^e st. p. 64. •Overwegende, met betrekking tot het brevet, aangaande het bidden voor de gelukkige verlossing van Mevrouw de Prinsesse van Oranje, dat de inhoud van dat stuk het bewys behelst van de *onwettiglijk* gehouden briefwisseling van den beschuldigde; dat de *publiciteit*, welke hy daaraan heeft gegeven, eene klaarblykelyke inbreuk is op art. 207

lensis d. 8 Nov. 1817, concinne exposita: juris Placeti historia in Belgio, citatum, at contumacem MAURITIUM DE BROGLIO exsilio damnavit. Ex hisce igitur probatur quam ineptum sit eorum iudicium, qui putent Codicem Poenalem nullam pronuntiare poenam, casu quo Placetum quis rogare neglexerit; at vero etiam idoneum habemus exemplum, et nostrae sententiae confirmationem, tunc demum articuli 208 applicationem fieri posse, cum sine Placeto executioni mandata sit exterae potestatis bulla aut breve, quod quis illicito modo postulaverit, receperit et acceperit.

Episcopi Gandavensis causa, ni fallimur, unicum obtulit casum, quo in patria nostra juris Placeti violatio lege poenali vindicata fuerit, et adeo tristis profecto ejus fuerat exitus, ut non facile plura exempla afferri posse suspicemur. Si tamen quaerantur testimonia, unde effici possit Regem revera illud jus exercuisse, non rara nobis indicantur documenta constantis Placeti usus, sed quum eorum indolem ignorari doleamus, nos ea tantum citavi-

en 208 van het Strafwetboek, mitgaders op de oude constitutionele wetten des Lands;" — Pontificis breve etiam memoratur apud BROES, *K. en St. t. IV. 2e st.*, unde certiores fieri possumus, re vera DE BROGLIO Pontificis iudicium petivisse.

mus, 1) quoniam nihilominus ex nuda eorum enumeratione apparebit, bullas Pontificias semper fuisse receptas et Placeto firmatas, si modo patriae legibus non adversarentur. Majorem vero lucem alia afferunt exempla, quorum momentum augetur, si animadvertimus exiguam esse monumentorum copiam, quae disertis verbis regiam clausulam contineant. Ad quae antequam accedamus, hanc praetermittere nolumus opportunitatem, quin alia non omni momento exenta breviter commemoremus.

Lex imperii anni 1814 art. 226 statuerat: »Het openbaar onderwijs is een aanhoudend voorwerp van de zorg der Regering.» Quis negabit Summo Imperanti, ex hujus placiti agnitione, incumbere officium juventuti ita prospiciendi, ut disciplinarum fontes quam maxime aperiuntur? Sed ad publicum ejus munus simul pertinet obligatio diligenter attendendi ad mores et ingenium praeceptorum, quibus institutionis cura mandetur, virtute atque

1) Cf. *Handb. voor de zaken der R. Kath. Eeredienst*. 1^e. jaarg. 1847. p. 156, Besluit v. d. 2 Sept. 1817, lett. V², *welgevallig* verklarende de Pauselijke bulle v. d. 28 Jul. 1817, waarbij de Prins F. A. M. C. DE MEAN, oud Prins-Bisschop van Luik, is benoemd tot Aartsbisschop van Mechelen. Videantur etiam alia exempla Placeti p. 185, 189, 207 et 215.

doctrina praestantium. Omnino caveatur ne ignorantiae obnoxii fiant cives, aut pravis opinionibus imbuantur illi, quibus aliquando patriae salus credenda erit. Quanta munificentia et sollicitudine civitas utramque officii sui partem impleverit, ex multis perspicuum habemus. 1) At nondum satis providerat Catholicis qui ad statum ecclesiasticum destinarentur, etiamsi jam pridem Rex promississet facultatis Theologicae creationem, quam ob causam tandem, decreto d. 14 Jun. 1825, *Collegium Philosophicum* erigebatur, ubi juvenes studia propaedeutica perficere tenerentur, antequam ad Seminaria Episcopalia admitti possent; nimirum Rex secum reputabat, olim secundum varia ecclesiastica et saecularia statuta non licuisse alumnos in dicta Seminaria recipere, nisi prius humaniora atque philosophiam rite absolvissent, 2) quae tamen statuta nunc minus observabantur. Liquet illius Collegii institutione ceteras

1) Cf. LASTDRAGER, *Proeve eener Gesch. v. h. Koningr. d. Nederl.* dl. I. p. 153 et 149 seqq., ubi statum institutionis publicae, tam in Belgii provinciis septentrionalibus quam australibus copiose exposuit auctor.

2) Cf. VAN ESPEN, t. I. pag. 345 tit. »*De Seminariis Clericorum*,» ubi in fine Cap. II. »*Qui ad Seminaria admittendi*,» dicit, »Hic in Belgio licet in quibusdam Seminariis etiam habitent pueri studiis humanioribus incumbentes, nequaquam tamen hae scientiae in

corruiere debuisse scholas, in quibus non raro docerent homines omni custodia exempti, nulli examini subjecti, nullumque adepti gradum academicum, quin etiam necessarius decreti effectus esse debebat, ut Seminaria vocata »*petits séminaires*» tacite abrogarentur. Inde imprimis multorum excitabantur clamores, contententium Regem auctoritatem suam excessisse. 1) Episcopos primas egisse partes inter eos, quibus adversabatur regium decretum, efficiendum est ex Pontificis brevi, Archiepiscopo Mechliniensi DE MÉAN misso, cui quid mandato Regis scripserit Administer sacrorum catholicorum, memoratu dignum videtur, quum ejus litterae probationi inserviant, Regem fortiter in jure Placeto vindicando perseverasse. Orditur Administer a justa Regis indignatione, quod per diaria ad regiam pervenissent

Seminariis tradi solent; sed passim ad lectiones, quae aliis in Scholis habentur, exeunt; et humanioribus absolutis pro ediscenda philosophia ad Academias mittuntur." Animadvertit deinde, »Quin ad Belgica Seminaria fere soli illi admittuntur, qui humanioribus et philosophia absolutis, idonei sunt, ut studio Theologico se addicant; quod et ex mente Synodorum esse, haud obscurum est."

1) Cf. LASTDRAGER, d. II, p. 396 seqq. et p. 406 seqq. — Vide opusculum sub titulo »*Encore un mot sur la suppression des petits Séminaires et l'établissement du Coll. Phil.*» Brux. 1825, cujus usum debemus humanitati Viri Ampl. C. VAN MARLE. Ibi contra Collegii defenditur erectio et ejus ostenditur utilitas.

scientiam duae epistolae, ad decreta d. 14 Jun. spectantes, quarum unam (scil. Pontificis breve) cum Regimine non communicaverat, alteram Antverpiensis Provinciae Rectori scripserat Archiepiscopus. 1) Videamus quid Regi displicuerit. Breve illud nempe inobedientiae adhortationem continebat, et criminationum memoriam recoquebat, quae in Belgio anno 1787 contra Generale Seminarium ab Episcopis factae erant, et turbarum fuerant causa. Praeterea illo brevi etiam in magnum civitatis detrimentum episcopalia jura laedebantur, quum ipsi Archiepiscopo fuisset agendi licentia, si religionis commoda regiis decretis periclitari judicaret, et ei non esset Pontificis roganda et exspectanda voluntas, cui certe tamquam ecclesiae capiti competeret jurisdictio, sed nullatenus jus se rebus dioecesium immiscendi, nisi fidem corrumpent, ecclesiae unionem dissolverent et negligenter agerent episcopi. Quae postquam exemplis probasset Administer, non solum Archiepiscopo dissuasit, ne ulla rescripta aut mandata, quae in posterum a Curia Romana mitterentur et ad regia decreta pertinerent, publicaret aut executioni man-

1) Breve et Archiepiscopi epistola inveniuntur apud BROES, *K. en St. dl.* IV. 2^e st. p. 587, et LASTDRAGER, *dl.* II. p. 400.

daret, addens, »zoo gij u aan de ernstige gevolgen niet wilt blootgesteld zien (inzonderheid naardien dergelijke stukken, vooraf het Koninklijk *Placet* moeten ontvangen hebben)”, sed eum simul exhortatus est, »dat gij dezelve ook onverwijld aan het Gouvernement zult overgeven.” Ratione alterius epistolae contendebat Administer, eam inauditas falsasque sententias enuntiare, et ex variis rebus apparere, ejus publicationem provenisse e castello quodam, saltem constare, eam Mechliniae cognitam fuisse priusquam Provinciae Rectori tradita esset. 1)

Ne multis moremur, exempla nunc exhibenda erunt, qua restrictione nonnullis bullis papalibus regium *Placetum* concessum fuerit. Quum Pontifex anno 1825 universis ecclesiae catholicae fidelibus *Jubilaeum* Romae proclamasset, videmus illius bullae publicationem, affixionem, disseminationem et executionem in patria nostra locum habuisse, salva hac clausula, Regem neque probasse neque probaturum esse clausulas, formulas et enuntiationes ei insertas, quae contrariae esse possent, »met de grondwettige beginselen van ons Koninkrijk omtrent de vrijheid van Godsdienst in het algemeen, en bepaaldelijk

1) Cf. *Byv. tot het Staatsbl.* 1826 1^o. st. p. 21 seqq.

met de gelijke bescherming welke het 191^e. Art. der Grondw. aan alle bestaande Kerkgenootschappen verzekert, — met onze hoogheid en soevereine regten, — met de wetten van ons Koninkrijk, — of ook eindelijk met de aloude beginselen en gebruiken binnen hetzelfde, in kerkelijke zaken bestendig gevolgd, en — met de vrijheden der Nederlandsche Roomsche-Katholieke Kerk." 1) Sed etiam declarabatur, nulla bullae exemplaria, Placeto non munita, ullo modo effectum habitura esse. Similem formam prudenter observatam fuisse circa alias bullas, compertum habemus. Ita decreto d. 2 Oct. 1827, quo promulgabatur bulla Concordati, generaliter statuabatur, clausulas Regis approbationem non nacturas esse, quae civitatis legibus repugnarent, 2) dum vero rursus d. 17 Aug. anni 1829, respectu bullae PII VIII, eadem verborum amplitudine utebatur Rex. 3) Neque inanem esse talis dicti sententiam, sed contra magnam ei tribuendam esse vim, deducere licet tam ex oratione regia

1) Cf. *Bijv. tot het Staatsbl.* 1826 1^e st. p. 145. — Cf. DUVERGIER, *Coll. d. lois*, t. XXVI. Ordonn. du Roi du 29 Janv. 1826. Art. 2.

2) Cf. *Staatsbl.* 1827 N^o. 42.

3) Cf. *Bijv. tot het Staatsbl.* 1829 p. 597. — Cf. DUVERGIER, t. XXIX. Ordonn. du Roi du 30 Juill. 1829. Art. 2.

in Concione Ordinum Generalium habita anno 1827, quam ex responso ei facto. Postquam enim Rex dicere non dubitasset, reservationem necessariam fuisse jurium cautelam, 1) mense Octobri ejusdem anni Ordines Generales regium dictum non solum probaverunt, sed simul id affirmaverunt, temperamentum non nudae formulae equiparandum esse. »Het heilzaam voorbehoud, gevoegd bij het verlot tot afkondiging der Pauselijke bulle, *dat geen bloot formulier is*, verschaft ons de zekerheid, dat het 6^e. en 10^e. hoofdst. der Grondw., — ongeschonden zullen blijven.» cet. 2).

Quum nemini unquam contingat perfectum dare opus, multo minus a juvenilibus conatibus expectari potest perspicacitas omnia adhibendi adminicula, quae ad bonum alicujus rei intellectum necessaria sint. Merito tamen nobis vitio vertendum esset, si in juris Placeti historia praeterire vellemus acta eo de argumento in Concione Ordinum Gene-

1) Cf. *Staatsc.* 1827 No. 244. »Het voorbehoud onder welk de afkondiging der Bulle, bij die gelegenheid door den Paus uitgegeven, nopens de nitlegging dezer overeenkomst, door Mij vergund is, bevat den waarborg, welken 's Lands wetten noodzakelijk maakten.»

2) Cf. *Staatsc.* 1827 No. 256.

ralium, quippe quibus non solum cujusque fere singulare exponatur iudicium, sed etiam præbeatur utilitas quae optima videantur eligendi ex diversissimis saepe multorum virorum sententiis, et licentia ex majori illarum parte generalem efficiendi opinionem. Hanc ob rem non diu haesitavimus quid facere deberemus, et quam brevissime enarrare conabimur varia Placeti fata. Opportuno loco jam vidimus, quid legislatorem Francicum impulerit ad ecclesiasticorum commercium cum curia aut potestate externa custodiendum. Simul etiam postea opinati sumus, eatenus tantum ex legis poenalis verbis bullae publicationem aut executionem poenae obnoxiam esse, quatenus hos actus praecessisset illicitum quoddam commercium. Inspiciamus vero nunc novi Codicis Poenalis Specimen anni 1827. Inter titulos quos Codicis liber secundus continebat, unus erat inscriptus, »*Van misdrijven begaan door bedienaren van de godsdienst ter gelegenheid der uitoefening hunner bedieningen,*” 1) cujus duos articulos communicare lubet, quorum unus directe ad nostrum argumentum pertinet, alter de ecclesiasticorum commercio loquitur. Uterque animadversiones elicit,

1) Cf. *Staatsc.* 1827 No. 167.

quae nostra aetate non omni careant utilitate. Ex articulo 479, vetabatur bullas, litteras, rescripta, decreta, mandata, provisiones aliasque expeditiones exteri ecclesiastici magistratus aut Curiae Romanae, etiamsi tantum ad privatas pertinerent personas, sine praevia Regiminis venia publicare, typis mandare aut disseminare, seu haec per alios fieri curare. Poena quae irrogaretur delinquenti, erat exsilium e regno, vel e quibusdam ejus provinciis aut locis non ultra sex annos; adjiciebatur, exemplaria typis tradita supprimenda, et ex judicis sententia nulla esse declaranda. Quodsi igitur vim legis obtinisset Codex, revera specialis articulus totum jus Placeti complexus esset, idque sanctione poenali confirmasset; an vero laudare potuissemus legislatoris curam, alia est quaestio. Nam licet nequaquam miremur eum, recte intelligentem periculum quod civitati impenderet, si cuivis sine praevio Regiminis consensu actus publicare aut alio modo executioni mandare liceret, ab extera ecclesiastica potestate profectos, lege poenali illud malum quam maxime avertere studuisse, improbanda tamen nobis videtur severa exsillii poena pro delicto omissionis. Hoc eo magis in oculos incidit, quum respectu delictorum, certe non minoris gravitatis, longe mitior esset poenae comminatio. Ita

verbi causa in Speciminis articulo 476, sacrorum ministro, qui prima vice ad matrimonii celebrationem processisset, antequam sibi constaret de nuptiis coram magistratu initis, indicebatur mulcta, summam 200 florenorum non excedens, et iterato demum delicto pronuntiabatur exsilium non ultra duos annos. Si autem hujus articuli eo defendatur mitior scriptura, quod non statim praesumatur voluntas dolosa, sed tantum negligentia, dum duriozem exsilii poenam omnino statuerit legislator, quando facti iteratione meditatam suam ostenderit contumaciam sacrorum minister, ex eodem argumento quaeri possit, cur non similem distinctionem admiserint Speciminis auctores, ratione ecclesiastici qui illicito modo bullam v. c. publicaverit: haec enim ommissio non magis prima vice dolo semper attribuenda videtur. Hanc ob causam praecipue nobis displicuit articulus propositus, sed eo etiam poenae durities improbanda videtur, quod non omnibus sit aequalis. Quis enim contendet, nullum adesse discrimen actus inter, qui ad universum populum spectent et tamquam leges ei imponantur, atque ob hanc quidem rationem magis sint periculosi quod civilibus negotiis se immisceant, et eos, qui in nihilo saecularem attingant potestatem, et tantum ad privatas

pertineant personas, et, ut ajunt, ad forum internum; v. c. si Pontifex alicui peccatorum absolutionem, dispensationem matrimonialem aliamve spiritualem indulserit gratiam? Articulus tamen non distinguebat, et ecclesiasticum exsilio afficiebat, si modo actus cujusque generis, publicasset aut alio modo executioni mandasset. Non negamus rem esse admodum difficilem eos excogitare casus, qui, ab externa ecclesiastica potestate orti, civitati nocere possint, necne, eosque insuper in lege accurate definire; quapropter intelligimus quidem legislatorem, prudentia civili ductum, omnes actus Placeto subjecisse, sed quoad poenam probare non possumus ejus negligentiam in assimilatione actuum publicorum et privatorum. Hæc de articulo 479 obiter monuisse sufficiat. Uti Codex Francicus articulo 207 commercium cum curia aut potestate externa custodire conatus erat, ita Speciminis auctores, putantes illud tutela liberum non esse relinquendum, art. 480 muldebant ad 400 florenos ecclesiasticum qui, neglecta Regiminis licentia, cum exteris potestatibus de rebus religiosis communicasset, eique exsiliū poenam imponebant casu iterati delicti. Tradamus nunc quid de duobus laudatis Speciminis articulis judicaverint Delegati ad Concionem Ordinum Ge-

neralium, quum de iis in Sectionibus deliberarent mense Martio anni 1828. 1)

Sectio prima quoad priorem sententiam emisit, hunc restringendum esse ad tales actus, quorum publicationi necessaria esset Regiminis venia, et quoad alterum quaesivit, an materia religiosa intelligenda esset omnis, quae mere ad religionem pertineret et temporalibus negotiis se non immisceret. 2) — Putabat Sectio secunda, nullum faciendum esse discrimen sacrorum ministros inter et ceteros cives, ratione delictorum et poenarum, et plurima delicta, v. c. provocationem ad seditionem, ad rebellionem, cet., de quibus in titulo XVII agebatur, puniri posse secundum alios Speciminis titulos, atque communium legum severitate universos puniri debere, quod dicebat effici non posse nonnullis articulis, ubi mitius tractarentur ecclesiastici. Addebat simul, omnibus civibus et praesertim magistratibus publicis interdicendum esse commercio cum exteris potestatibus, et etiam publicatione peregrinorum actuum Regimine non

1) Cf. *Procès-Verbaux des délibérations des Sections de la Deuxième Chambre des Etats-Généraux*. — Haec documenta, quae non in omnium manibus habentur, inspicere mihi contigit, summa benignitate Viri Grav. J. C. VOORDUIN.

2) Cf. *ibidem*. p. 27.

consentiente, at tali commercio non assimilandum esse illud, cujus objectum ad conscientiam privati hominis attineret, uti casu dispensationis matrimonialis. 1) — In Sectione tertia similiter duo observabant, generalibus legibus, quibus omnes regerentur incolae, non esse distinguendos aut excipiendos sacrorum ministros, quae distinctio si obtineret, quinque arbitrabantur poenam ulterius non esse extendendam, nisi ad actus qui cum rebus publicis cohaerent, e. g. ad bullas aut litteras pastorales 2). — Definiri optabat Sectio quarta vocem »intelligence» quae quum omne comprehenderet commercium (correspondance), poena multis in casibus nimia foret, quinimo illam Codicis Francici art. 207 multum excederet, pro simplici omissione plus justo durio- rem, quamobrem commercium, quod significaret art. 480, sic exprimendum esse opinabatur, ut intelligeretur non aliud, nisi quod in malam partem vergeret, »correspondance dans un mauvais sens, une autre enfin que celle qu'un ministre du culte est autorisé par la nature de sa charge à entretenir avec son chef spirituel.» 3) — Licet omnes quintae

1) Cf. ibidem. p. 15.

2) Cf. ibidem. p. 49.

3) Cf. ibidem. p. 74.

Sectionis socii existimarent ministros cujuscunque cultus, intra officiorum suorum limites esse retinendos legibus, quae puniant, quoties in detrimentum ordinis publici eos egrediantur, quippe qui excessus ex muneris natura magis sint metuendi, illi nihilominus articulum 480 arbitrio judicum nimium indulgere contendebant, quia verba »intelligences et matières religieuses” tam late paterent; quare adjicere volebant vocabula »coupables” aut »criminelles” ut sic dilucidius appareret, de quibus communicationibus (*correspondances*) sermo esset. 1)

Unus vero e Delegatis totum titulum utpote inutilem et periculosum respuebat, si excipias ea quae circa matrimonii solennia horumque cum personarum statu civili nexum statuta erant. Argumenta sua exposuit Vir Ampl. SURMONT DE VOLSBERGHE in scripto quod Sectioni exhibuit. Articulus 480 eo praesertim ei displicebat, quod directe liberum cum ecclesiae capite commercium impediret, quo unitatis servandae causa indigeret Catholicus. 2) —

1) Cf. ibidem. p. 96.

2) Cf. ibidem. p. 97. De illo argumento ita pergit Vir Ampl. »En correspondant avec le Pape, le catholique le considère comme le chef visible de son église; c'est en cette seule qualité qu'il a recours à lui, et nullement en sa qualité *très distincte de chef tem-*

Articuli 479 et 480 singuli in Sectione sexta septem obtinuerunt fautores; aliorum sociorum non defuerunt animadversiones. Inter tres, contra articulum priorem se declarantes, unus opinabatur, illum magis applicari debere publicationibus, quae civilis potestatis essent effectus. Respectu art. 480, unus verba »overkerkelijke belangen of aangelegenheden» omittere, alii iis vocabulum »behalve» praeponere volebant, hi nempe sacrorum ministris tribuentes facultatem de illis rebus sine praevia licentia cum exteris potestatibus communicandi. 1) Vir Ampl. FABRY LONGRÉE in documento, quod hujus Sectionis deliberationibus adjectum est, aliud quid observabat. Delegatus ille, religionis ministris tribuens jus omne faciendi, quod sine ordinis publici laesione cultus conservationi necessarium sit, et declarans ad illud jus pertinere liberum commercium, quod cujus-

porcel et souverain d'un état; qualités que dans le 17^e titre on confond sans cesse; il ne correspond ni avec un gouvernement étranger, ni pour des objets qui de tout temps et en tout lieu furent considérés comme essence du gouvernement temporel, il correspond avec le chef de sa religion, uniquement pour matières religieuses, qui sont hors de la compétence du gouvernement, et principalement d'un gouvernement tel que le nôtre, constitué sur une loi fondamentale qui garantit à tous la liberté religieuse.

1) Cf. ibidem. p. 145.

cunq̄ue religionis sacerdotes cum capite suo, ubi-
 cunq̄ue degente, habere debeant, haec addebat:
 » non exagère visiblement le danger d'une semblable
 communication, ou plutôt on crée un fantôme
 pour le combattre. Si ce danger existoit, comment
 le prévient-on? Autoriseroit-on pour y parvenir
 la violation du secret des lettres?» 1) Lubentè cum
 eo facimus, et illicitum ecclesiasticorum commer-
 cium prorsus adimi posse non credimus, sed, licet
 agnoscamus per facile esse sacrorum ministro, aut
 Regiminis custodiam prorsus vitare, aut, impetrata
 quidem de hac illave re communicandi licentia,
 huic parum congruens quid perficere, illud tamen
 argumentum non tam validum reputamus, ut prop-
 terea legislatoris providentia inanis habenda sit. An
 nullum superest adminiculum tale factum detegendi,
 quod quis celatum putet? Quod nobis ostendit Gan-
 daviensis Episcopi exemplum, quum hic sine sacrorum
 Administri venia Summi Pontificis sententiam rogas-
 set; papalis enim brevis verba illicitum prodiderunt
 commercium. Quam aegre tulit Rex, Archiepiscopum
 Mechliniensem, postquam a Pontifice voluntatis sig-
 nificationem petivisset aut exspectasset, hujus breve

1) Ibidem. p. 117.

eum Regimine non communicasse, et rem per diaria tantum in lucem prodissse? Sed, etiamsi leve sit negotium praevidiam licentiam effugere, omnino insuper attendendum est, aliud esse, liberum commercium jure habere, aliud, facto tale inire, et legislator, quamdiu scil. commercium omni custodia exemptum periculosum judicet, melius fecerit constituere poenam, casu quo ecclesiasticum illicite egisse pateat, quam si silentio suo noxium toleraverit factum, quinimo huic tacitum dederit consensum. Videamus jam quid in scripto Sectioni tradito animadverterit Vir Ampl. DE BROUCKERE ad art. 480. Delegatus ita loquitur: »Quoi! pour avoir remis à un particulier sans l'autorisation du Gouvernement une pièce qui n'a aucun rapport avec l'Etat, le bannissement et même six ans de prison! Puis encore l'annulation de l'acte. Je ne conçois même pas cette dernière peine: car le plus souvent elle sera de nul effet. La lacération d'un écrit importe peu à celui qui en connaît le contenu, lorsqu'il s'agit d'un devoir de conscience.» 1) Recte rem perspexisse videtur Delegatus, et nostram simul confirmavit sententiam, ubi diximus, laudandum non esse legislatorem, quod

1) Ibidem. p. 158.

ratione poenae nullam admiserit distinctionem actus publicos inter et privatos. Alio etiam respectu adjuvat opinionem, quam supra enuntiavimus, de nimia exsilii poena; nam miratus est hancce severitatem, praesertim si animum attendas ad eam poenam, quam irrogavit legislator sacrorum ministro ad matrimonii solennia illicito modo procedenti, quaeque ei non sufficere videbatur. 1) Inde efficere licet, illum Delegatum aut exilium improbasse ecclesiastico imponendum qui Placetum rogare omiserit, aut saltem mitiorem articuli 476 scripturam minus aequam dixisse. — Denique Sectionem septimam omittere nolumus. Fuerunt nonnulli qui articulum suppressere vellent, alii qui illum integrum servare cuperent; alii rursus dicebant se ei non adversari, si tantum verba »intérêts des églises" eodem sensu intelligerentur, quo in articulo Belgico, et illis »gouvernement et autres autorités ecclésiastiques" non continerentur ii, qui ecclesiae essent praepositi. 2).

Hasce Sectionum observationes concinnius nec tradere nec contemplari potuimus. Quatenus vero post earum communicationem mutari debuissent

1) Ibidem. p. 159.

2) Ibidem. p. 158.

articuli propositi, non est quod temere statuere audeamus. Deducere licet, eos a multis Delegatis non esse probatos, quorum si varias quam maxime in unum colligere velimus sententias, dicendum videtur, articulorum verba seu nimis generalia seu nimis incerta iudicata esse. Uti vidimus, nemo tamen pleno ore jus Placeti aggressus est, plures illud contra nulla restrictione in legem poenalem recipere voluerunt, plures etiam contenderunt, actus tantum publicos praeviae Regiminis licentiae subjiendos esse. Sectiones, quod ad Speciminis articulum 480, in plures abiisse sententias indicavimus.

Etiamsi inquirere cupiamus, quid de argumento nostro statuerit Codicis Poenalis Specimen anni 1842, et quale tum de Placeto Ordinum Generalium fuerit iudicium, tanta verborum copia non opus erit. Articulo quarto tit. 10 libri II praeceptum invenimus illi prioris Speciminis non dissimile; in eo tantum magnum occurrit discrimen, quod laudabili moderatione ductus fuerit legislator, exilio poenas substituens mitioris naturae et aptiores ad discrimen observandum, illicitam actuum publicorum publicationem inter et mere privatorum. 1) Quodsi quis legislatoris mansue-

1) Art. 4. »Bedienaren van de godsdienst, die zonder voorafgaand verlof der Regering zullen hebben afgekondigd, verspreid of

tudinem miretur, non immerito haec quodammodo tribui potest animadversionibus Ordinum Generalium anni 1827, et quamquam verum sit, unum DE BROUCKERE tunc exsilii severitatem objecisse, quod attinet ad actus ad privatos homines spectantes, non longe tamen a veri similitudine abesse videtur nostra opinio, legislatorem anni 1842 leviores poenas definivisse, ut sic expediendae difficultatis remedium inveniret. Facile enim legislatorem, ab una parte sententiarum memorem eorum Delegatorum, qui putassent Placetum ad publicos tantum actus esse extendendum, ab altera, eorum qui illud jus integrum Codice Poenali sanciri voluissent, eo statu nobis proponere possumus, eique fuisse persuasum, praeviae licentiae impetrationem porrigendam esse ad omnes exterae potestatis actus, nisi Placeti prorsus everteretur fundamentum; simul tamen illum fuisse conscium, non omnes actus idem civitati praebere

in druk nitgegeven eenige bullen, brieven, rescripten, besluiten, mandamenten, expeditien of andere akten, onder welken naam of in welken vorm ook vervat, van eenige buitenlandsche geestelijke overheid, zullen gestraft worden met correctionnele gevangenisstraf van niet minder dan *een* en niet langer dan *vijf* jaren, en met eene geldboete van ten minste *honderd* en ten hoogste *duizend gulden*, te zamen of afzonderlijk."

periculum, unde mitiorem poenam necessariam esse judicaverit. E relatis a Sectionum Praesidibus (*Voorloopig Verslag der Centr. Afd.*) compertum habemus, initio Ordinum Generalium sententias de articulo laudato in varias abiisse partes. Quaeenam controversiarum fuerint causae, moneamus. Longe plurimi existimabant, omnino necesse esse aliquid statuere respectu publicationis bullarum; dubitabant vero num quidem adesset necessitas *praeviae Regiminis veniae*, quapropter tum demum poenas esse imponendas arbitrabantur, quando publicarentur bullae aliam continentes materiam quam »godsdienstige leerstellingen.» Articulus fuit propositus quo expressim enuntiabatur, sacrorum ministrum puniendum fore, si publicasset, disseminasset aut typis mandasset bullas, litteras, similia, cujuscunque exteri magistratus, legi fundamentali, communibus legibus aut civitatis quieti contraria, quibusque alia tractarentur argumenta quam ecclesiastica aut etiam dogmatica. Quum tamen, re propius perpensa, animadverteretur, hac ratione rem publicam non leve pati posse detrimentum, alii articulum ita mutandum esse censuerunt, ut ecclesiastico irrogaretur poena a. si publicasset sine *praevia communicatione* (*mededeeling*) bullas aliasque litteras cujuscunque peregrinae po-

testatis; *b.* si publicasset tales bullas seu litteras, ad aliam spectantes materiam quam ecclesiasticam aut dogmaticam, et quae civitatis legibus et securitati adversarentur. Sed propter difficultates nec magis haec mutatio placuit, quia, si post illam communicationem liqueret rationem adesse applicandi secundam articuli partem, Regimen merito vituperandum foret, quando publicationem non impediret, quo facto, revera *communicatio* exaequaretur *praeviae impetrandae veniae*. Hisce attentis, plurimi Delegati declaraverunt, se articulo adstipulatos esse, uti a Regimine erat propositus, secum simul reputantes omnem rerum religiosarum immutationem periculosam esse; porro, fere ubique inveterati Placeti usus exstare memoriam, et, uti nec olim, ita nec hodie illius juris abusum metuendum esse. Volebant tamen Delegati, pro verbis »van eenige buitenlandsche geestelijke overheid” legi »van eenige buitenlandsche geestelijke of kerkelijke overheid” ne legislator unum alterumve cultum unice respicere videretur. Obiter monendum est, Specimen nihil statuisse ratione ecclesiasticorum cum externa potestate commercii de rebus religiosis, illudque igitur custodia eximere voluisse, quod legislator

Franciscus tam sollicite curaverat, et Specimen anni 1827 servaverat. 1).

Memoremus ultimo loco Placeti novissimam historiam in Concione Ordinum Generalium, de qua ut copiose agamus non sinit breve temporis spatium, quam ob causam leviter tantum eam tangemus. In Codice Poenali, initio hujus anni Ordinibus Generalibus oblato, non invenimus prioris Speciminis titulum 10 libri II, cujus articulus primus, alio loco insertus, solus ibi occurrit. Hancce omissionem mirati sunt Delegati, tum vero etiam Regiminis ea de re silentium in documento, cui nomen »*Memorie van Toelichting*,» quapropter rogaverunt causam, quae ad hoc impulisset Regimen. In ipsis deliberationibus diversum fuit Delegatorum iudicium de omisso titulo. Nonnulli omissioni propensi fuerunt, existimantes Placetum, de quo imprimis in titulo erat sermo, cum religionis libertate non congruere, atque talem limitationem hodie non convenire ubi Civitas ab Ecclesia separata sit: dixerunt simul, ecclesiasticis catholicis adimi non posse facultatem ecclesiae capitis jussa et mandata publicandi, prae-

1) Cf. *Voorloopig Verslag der Centrale Afd. omtrent het Ontw. v. h. II B. v. h. Wetb. v. Strafr.*, Exh. 10 Febr. 1845, p. 47 seqq.

viamque insuper Regiminis veniam parvi ducendam esse, quum nostro tempore per diaria statim patescant bullae similiaque. At alii longe plurimi omnino necessaria reputaverunt praecepta, qualia in titulo spectabantur, si scil. officium suum, art. 194 Legis fundament. impositum, impleret Rex. Monuerunt praeterea, ecclesiam Protestantium diligenter custodiri quod commercium attinet cum exteris ecclesiis ineundum, et praecepta collegiis ecclesiasticis danda; contenderunt tandem bullarum per diaria publicationem assimilari non posse a clero factae harum promulgationi. Has ob causas omissum titulum in Codicem Poenalem recipiendum esse censuerunt, quinimo nonnulli declaraverunt se alioquin totum rejecturos esse librum secundum. 1)

Videamus breviter quid a Regimine responsum fuerit. Postquam silentii rationem in eo versari dixisset Administer, quod, etiamsi illustrare sibi proposuisset ea, quae in Specimine inveniebantur, inutile tamen credidisset omnia indicare et defendere, in quibus a prioribus Speciminibus discederet; tituli decimi et praesertim hujus articuli quarti omissionem explicuit hisce argumentis. Primo

1) Cf. *Voorloopig Verslag*, Exh. 51 Maart 1847, p. 40 seqq.

existimabat jus Placeti natura sua non esse idoneum, ut Codice Poenali aut contineretur aut tolleretur, Franciae exemplum afferens, ubi ex generalibus gubernandi principiis et primo articulo legis d. 18 Germ. An X. illud jus vindicatur, cujus autem violationem neque Codex neque alia lex puniant: quamobrem ratione Placeti idem in patria nostra sit status qui in Francia, Codice Poenali Francico etiam hic vigente. Porro dicebat, talem sanctionem specie magis quam re providere, quia tum demum applicari possit quum publicatio locum obtinuerit, quapropter malum non magis avertetur, quam poena proprie sic dicta, nam in utroque casu illud quod cavendum est delictum jam perpetratum foret, priusquam poenae ratio esset. Observabat denique civitatis jura satis vindicata fore mediis quae in Specimine anni 1842 fuerant proposita, quod tamen tunc minus placuerat; quin etiam existimabat Ad- minister necessariam non esse specialem poenam; delicta, quae ex publicatione provenirent aut eam comitarentur, secundum leges generales punienda esse; quodsi postea necessitatem propriae legis ostenderet experientia, Regimini maneret ejus rogandae facultas. 1)

1) Cf. *Memorie van Beantwoording*, Exh. 22 Mei 1847, p. 59 seqq.

Sectiones, altera vice de libro secundo deliberantes, serio de omisso titulo anni 1842 questae sunt. Dixerunt plures Delegati se convictos non esse illa Administrum argumentatione; tituli restitutionem ideo necessariam esse, quod alioquin vitio laboraret Codex Poenalis, unde in posterum oriri possent mala. Hanc suam sententiam emiserunt in exordio disceptationum de libro secundo, dicentes inde pendere quaestionem, utrum libro assensum suum darent an denegarent. Alii vero idem, at contrario sensu, comminati sunt, improbantem titulum et ejus omissionem laudantes. Tituli fautores putaverunt, perperam rem a Regimine esse consideratam; non unice sermonem esse de poena statuenda casu Placeti violati, agi etiam alia ecclesiasticorum crimina et delicta, quibuscunque illi addicti sint sacris. Concesserunt Administrum, jus Placeti ab omni memoria fere ubique in Europa exerceri solitum fuisse generalibusque niti principiis; quin illud etiam in patria nostra ex legis fundament. articulis 188—194 profluere, quamobrem negaverunt illius juris conservationem seu interitum ab uno pendere articulo. Quodsi ad Franciae provocetur exemplum, et contendatur patriam in eadem atque illam regionem conditione versari, hac de re dubitandum esse dicebant Delegati. In Francia enim fortiter

vigere articulos organicos legis d. 18 Germ. An X, et in appellationibus de abusu, Consilio Status delatis, efficax inveniri remedium ad ecclesiasticorum usurpationes comprimendas. Apud nos contra multi illius legis articuli nullum sortiuntur effectum, aut executionis saltem media non bene sunt ordinata, quia Collegium virorum commissorum, cui ex regio decreto d. 16 Sept. 1815 praevia bullarum examinatio erat credita, non amplius exstare, et decretum d. 10 Maj. 1816 obsolevisse videtur. Sed insuper hoc attulerunt argumentum Delegati, novo Codice juris Placeti statum in patria plane mutatum iri. Nam cum Regimine non faciunt, perhibente nec in Francia nec apud nos exstare poenam ei irrogandam qui bullam publicaverit neglecto Placeto, quippe Codicis Francici articulos 207 et 208 inter se junctos ad tale factum referendos esse existimantes, quintum etiam articulum, qui in Specimine anni 1842 de Placeto legebatur, duorum illorum articulorum conjunctionem vocaverat quidam scriptor. Periculosum porro judicaverunt tam diu poenae definitionem differre, donec eam urgeret necessitas, quod quum ita fieret, animi jam commoti malaque jam commissa forent. Regimini denique concesserunt, optatam sanctionem revera non unicum esse praesidium, sed

animadverterunt id de omnibus legibus dicendum esse, poenaeque tamen comminatione multa averti damna. Quod attinet ad Delegatos, quibus displiceret tituli in Codicem receptio, non aliis hi usi sunt argumentis hac vice, quam supra commemoratis. 1)

Sic occasione trium Codicis Poenalis Speciminum juris Placeti historiam in Concione Ordinum Generalium absolvimus. Si verbosius, quam par videatur, omnia facta retulimus, et fortasse objiciatur vulgaris eorum notitia, ab una parte nobis respondere liceat, admodum difficile fuisse, tam Regiminis quam Delegatorum sententias tradere, nisi eas quasi pedetentim secuti essemus, dum ab altera, quia quam maxime generalem juris Placeti dare voluimus conspectum historicum, manifestum est, dicta eo de argumento in Coetu Delegatorum, ut nota sint, in hoc specimine non praetermittenda fuisse. Immodice vero nostra extenderetur narratio, si etiam publicis singularum Delegatorum orationibus respectu Placeti

1) Cf. *Algemeen Verflag*, Exh. 18 Jun. 1817, p. 6 seqq. — Cf. imprimis laud. opusculum *«Het Placet en de Regering»* cujus lectio valde commendanda est, nam ibi recte Regiminis argumenta refutantur. — Cf. praeterea anonymi scriptoris scriptum *«Het Regt van Placet en deszelfs Tegenstanders»* — *«De Evang. Kerkb.»* 1817, No. 27 et 28, et *«Politieke Bijdragen»*, No. 12.

immoraremur, quamobrem hoc unum in memoriam revocare lubet, nonnullas elegantia se commendasse, alias vera, ut nobis videtur, coluisse praecepta, plerasque autem magno cum pondere eo tetendisse, ut jus Placeti lege poenali confirmaretur, licet et habitae fuerint aliae a talibus viris, qui pleno animo illius juris iniquitatem et inutilitatem nostra aetate professi sunt. Qualis fuerit disceptationum exitus quis ignoret? Titulum primum libri II in suffragia missum comprobaverunt 15 Delegati, dum 41 tamen eum improbaverunt, et Administer, animadverrens fortasse etiam reliquos titulos propter Placeti quaestionem rejectos fore, deliberationes differre proposuit. 1)

1) Cf. *Staatsc.* 1847, N^o. 192, 193, 194, 195, 196, 197 et 198 cum Supplementis.

CONCLUSIO.

Postquam juris Placeti historiam in Belgio a primis inde temporibus ad novissimam usque aetatem retulimus, superest, ut paucis exponamus, quae nostra sit eo de jure sententia.

Videamus primo quibus argumentis defendatur jus Placeti.

Variis documentis ostendimus, mature nostrates ecclesiasticae potestatis usurpationibus vexatos fuisse, quibus reprimendis si non semper suffecerit saecularis auctoritas, Principum tamen cura jam pridem eo tetendit, ut iis caute invigilarent et quam maxime eas averterent. Frequentes et intolerabiles erant imprimis jurisdictionis abusus, atque non raro in jurium detrimentum et fortunarum diminutionem litteris, Roma aut aliunde profectis, evocabantur incolae turbacque interdum excitabantur 1). Paullatim quum eo usque procederet res, ut plures civili

1) Cf. supra p. 40—33.

potestati detraherentur causae, et litterarum invectiono quotidie fere increbesceret, diligenter de his sibi cavere incepterunt Principes, et primo illarum instituerunt examen a magistratu faciendum, cujus scripto consensu postea munitae esse debebant, ut effectum habere possent, tales litterae peregrinae. Etiam si certum statui nequeat tempus, quo hujus instituti invaluerit mos, primum ejus indicavimus documentum in PHILIPPI BONI edicto anni 1447, ex cujus tamen verbis patet, id multo antea jam locum habuisse 1). Causas tantum beneficiales cautelis illis immunes fuisse, ipsum docuit edictum, sed procedente tempore etiam beneficia illa Consilii Supremi examini subiciebantur 2), Principisque indigebant Placeto; imo indubitate PHILIPPI II Sanctione Pragmatica probatur, nullas denique exteras ecclesiasticas ordinationes praevia cognitione et Summi Imperantis assensu exceptas fuisse 3), quin etiam in nonnullarum Curiarum mandatis praecepta de jure Placeti inveniuntur 4). Quod quam sollicite ad civitatis salutem

1) Cf. supra p. 37.

2) Cf. supra p. 44.

3) Cf. supra p. 55.

4) Cf. supra p. 45.

curaverint Principes, optime videndum est in illo testimonio, quo constat personas, quae a Nuncio Apostolico quaecumque obtinuissent provisionem aut gratiam, his uti non potuisse nisi impetrato speciali Placeto, licet generale adepta esset bulla, Legati potestatem definiens, idque ob nullam aliam causam, quam ut inquireretur, annon justos fines excessisset Nuncius 1). Non minus eorum apparuit prudentia, ubi Placetum concessum erat sub quadam conditione aut clausula, quo casu nonnullae excipiebantur res, quarum respectu in nihilo bullis derogari posset 2). Nonnunquam bullarum, provisionum similiumque invectionem prohibere debuisse Principes, testatur historia. Sic MAXIMILIANUS et PHILIPPUS anno 1485 earum admissionem vetuerunt, quia in beneficiorum collationibus propter Curiae Romanae avaritiam crebri irrepserant abusus, et hanc prohibitionem tam ecclesiae quam incolarum esse levamen eorumque inservire tranquillitati professi sunt 3). Nec defuit exemplum, ipsos ecclesiasticos Principis tutelam invocasse. CAROLUS V enim, ex-

1) Cf. supra p. 49, 51.

2) Cf. supra p. 50, 54.

3) Cf. supra p. 42, 45.

audiens Episcopi GEORGII et cleri querelas de impedimentis in beneficiorum provisionibus sibi illatis, postquam injustas tales bullas non admittendas esse jussisset, dicere veritus non est, se eas nullas declaraturum esse, etsi forte per errorem aut negligentiam Placetum iis datum fuisset 1). Sufficere haec videntur, ut nobis compertum sit, jus Placeti revera originem duxisse a Principibus sacris catholicis unice addictis, quod quidem magni est momenti, nam inde sequitur non solum falsam esse eorum opinionem, qui contendant, illud jus ex principiis imperii territorialis Protestantium, et praesertim ex JOSEPHI II reformandi Status studio fluxisse 2), sed inde etiam efficere licet, nunquam illos Principes eorumque magistratus credidisse, se exercendo et vindicando eo jure Sedis Romanae auctoritati quid detrahere, at contra sibi persuasum habuisse, Ecclesiam Civitati non anteponendam esse, et omnino semper consuluisse quod patriae sibi creditae salutem convenire videretur. Mirandum igitur est, hodie juris Placeti observantiam Catholicorum animis inferre

1) Cf. supra p. 48, 49.

2) Hoc enim contendit Canonista SCHELL, ejus verba retulit Vir Clar. KIST, *Arch. voor Kerk. Gesch.* dl. XIV, p. 506.

sollicitudinem, et nostra aetate religiosis opinionibus et conscientiae contrarium dici, quod nondum quassa Pontificis potestate ipsius ecclesiae fideles olim defendere haud dubitarunt, imo quod in statutis episcopalibus Trajectensibus prudenter cautum fuisse legimus 1). Sunt enim non pauci, qui ita argumentari soleant: Catholici venerantur Papam universae ecclesiae caput, cujus jussis, quatenus religionem spectent, absoluta debeatur obedientia, quapropter, ajunt, respectu rerum religiosarum a nulla alia potestate praecepta accipere possint. Quodsi nunc quid statuatur, quo ecclesiastici illorum sacrorum cogantur ut papalia decreta, cujus sint nominis aut formae, ante illorum cum laicis communicationem aut quaecumque executionem, judicio alienae, nempe, saecularis auctoritatis permittant, haec omnino ita Papae antefertur, et aliud agnoscitur caput laediturque igitur sentiendi illa libertas, lege fundamentali confirmata articulo 188: »De volkomen vrijheid van godsdienstige begrippen wordt aan elk gewaarborgd.» Videamus vero, an hoc praecepto nitentes jus Placeti legi imperii contrarium dicere possimus. Articuli sensus

1) Cf. supra p. 41.

nobis non dubius videtur. Legis fundamentalis auctores placitum firmaverunt profecto haud novum, sed in foederis Trajectini articulo 13 jam enuntiatum: »Dat een yeder particulier in syn Religie vry sal mogen blyven, ende dat men niemandt ter cause van de Religie sal moghen achterhalen ofte onder-soecken.» Est tolerantiae praesidium, quod nostrates fortiter tueri voluerunt, eo tendens, ut nemo, quibus addictus sit sacris, impediri possit, quominus Deum colat ex animi persuasione. Sed articulus ille tam late extendi nequit, ut, propter hanc confirmatam libertatem, etiam libertas concedi deberet omnes perficiendi actus, qui fortasse unius alteriusve communitatis religiosae opinionibus consentanei sint aut iis praescribantur, tametsi civitatis legibus aut juribus privatorum repugnarent. Ista enim articuli interpretatio absurda foret, quae primario illi civitatis obstaret officio, secundum quod invigilare tenetur legum observantiae. Non intelligere nos fatemur, quo titulo hi aliive cives tanta opinionum libertate fruerentur, cui postponenda foret civitatis salus. Quis denegabit firmam et generalem ipsius juris cum privati tum gentium esse regulam, nullum decretum ab externa potestate latum in territorio nostro executioni mandari posse, nisi

executionis formula Principis nomine ei apposita a regni iudicibus, »qui” ut dicit Clar. WINSSINGER, »licet hoc modo ad Principis auctoritatem tuendam invigilent, ne quicquam vi extranei decreti intus fiat, tamen ejusmodi decretum, non magis quam eas quibus nititur leges interpretantur” 1). Quodsi Catholici, Papam ecclesiae suae supremum iudicem dicentes, et hanc ob causam nemini concedentes ejus jussorum praeivium examen, multo minus eorum prohibitionem, ex legis fundamentalis articulo deducant libertatem promulgandi pontificias bullas sine ulla inspectione et subsecuta regia sanctione, quaerimus annon injusta constituatur exceptio a generali illa civitatis norma, et simul indulgeatur privilegium parum conveniens illi legis imperii praecepto, ex quo Rex videre debet ne communitates religiosae fines obedientiae legibus debitae transgrediantur. Articulus scil. 194 dicit, »Hij (de Koning) zorgt tevens dat alle godsdienstige gezindheden zich houden, binnen de palen van gehoorzaamheid aan de wetten van den Staat.” Quaerimus porro, utrum ejusmodi privilegii concessione integra servetur tutela, quam aequabiliter

1) Cf. *Corpus Juris ecclesiastico-civilis*, (Lov. 1829) p. VII.

invocare possunt aliae communitates. («Aan alle godsdienstige gezindheden in het Koninkrijk bestaande, wordt gelijke bescherming verleend.») Quaerimus denique, quo jure defendi posset privilegium, quod eo tenderet, ut totius populi lex posthaberetur opinioni nonnullorum. Profecto serio nemo contendet id tolerandum esse, quinimo quaerentur reliqui cives, si papalia decreta, utcumque ecclesiae catholicae necessaria, custodia eximerentur, cui omnes actus exterae potestatis subjecti sunt. Hisce observatis, non credimus legislatoris fuisse consilium, articuli 188 libertatem eo usque dilatare, ut inde necessario profluere deberent controversiae periculosae; dicendum potius videtur, eatenus cuique agere licere ex animi sententia, quatenus actiones nec patriae leges nec mutua diversarum communitatum laedant jura, et recte scripsit quidam auctor: »Het handelen naar godsdienstige begrippen moet evenzeer vrij zijn zoo lang er geene inbreuk gemaakt wordt op iemands regten. De eenige beperking dier vrijheid ligt daarin, dat zij bestaanbaar moet zijn met de vrijheden van anderen" 1), cui dicto parum dissimile, quod alius: »De vrijheid van

1) Cf. *Beginselen van Nederlandsch Staatsbestuur*, p. 152.

godsdienslige begrippen wordt volkomen gewaarborgd; zekerlijk niet om aan ieder vrijheid te geven tot het *doen* van alles, wat hij naar gelang van zijne godsdienslige begrippen doen wilde, maar om alle soort van inquisitie, die de Staat zoude ondernemen, uit te sluiten" 1). Cujus effati veritatem multa alia exempla testantur, libertatem scil. sentiendi tantum intelligendam esse de illa, quae aliorum libertate et juribus circumscribitur. Quod omnino consentaneum est vulgari aliarum libertatum theoriae. Annon ridiculum foret, libertatem preli ita interpretari, ut unicuique impune injuriam inferre liceret cum privatis hominibus, tum legibus civitatis et publicis moribus? An libertas personarum adeo intacta illaesaque servari deberet, ut judici non competeret jus illam brevius longiusve adimendi, ubi ea abutantur cives? An domini libertatem tam indefinitam defenderemus, ut civitati negaremus omne jus illam in communem omnium salutem, summa flagitante necessitate, restringendi? Nulla excogitari potest libertas, quae non suos habeat fines, qui si desint, adest licentia.

1) Cf. FRERS. *De betrekking van den Staat tot de Godsdienst, volgens de Grondwet.* p. 54.

Hoc fundamento si nitamur, articulus 188 juri Placeti adeo non adversari dici potest, ut ex nostro judicio lege fundamentali Regi contra imponatur obligatio illud tuendi atque exercendi.

Jam vero inquiramus, quo usque jus Placeti porrigendum sit.

Princeps universe videre tenetur, ne civitas damni quid capiat, et praesertim omnem curam impendere debet, ne exterarum potestatum decretis patriae jura laedantur. Hanc ob causam certe nemo negabit ei competere jus quinimo inhaerere officium examinandi omnia, quae foris introducuntur, ut in civitate effectum obtineant; quocirca ut illud tueatur Summus Imperans, non aliter fieri potest, quin ejus cognitioni etiam subjiciantur ecclesiastica decreta, priusquam his tamquam legibus obstringantur fideles. Hanc regulam si teneamus, non intelligimus cur exceptio admittenda sit, aut quo modo suam obligationem impleret Princeps, si nonnulli exterae ecclesiasticae potestatis actus praevia inspectione eximerentur. Nam omnino tunc simulacro atque umbrae equiparandum foret jus Placeti, et dum ab una parte diligenter invigilaretur ne periculo afficeretur patria, ab altera facilis praeberetur opportunitas exsequendi externos actus, simile nisi majus continentes periculum. Propterea

jus Placeti ex nostro judicio, si efficax erit munimentum, non ad hanc illamve bullarum, aliorumque Curiae Romanae diplomatum speciem restringendum est, sed ejus usus revera ad omnia produci debet. Plures tamen scriptores nobis obstant. Audiamus inter illos Virum Ampl. RAEPSAET dicentem: »Au reste, si l'on excepte les bulles dogmatiques, ce Placetum est une mesure de précaution contre tous les empiétemens de la Cour de Rome sur les droits des rois" 1). Quo vero fundamento hujus viri sententia nitatur, non constat. Putabat fortasse Principi fidei arbitrium indultum iri, si bullae dogmaticae antequam executioni mandentur ejus examine indigeant. Quod si revera metuit insignis ille auctor, refellere id possumus argumentis quae nobis dedit VAN ESPEN, quae, quum non futilia nobis appareant, nec hodie prorsus obsoleta, paucis iterare volumus. Supra monuimus, ZYPAEUM contendisse, Placeti litteras rescriptis beneficiariis tantum necessarias fuisse, nec vero omnibus constitutionibus apostolicis, quam opinionem defendere conatus est, cum auctoritate nonnullorum edictorum, tum aliis argumentis antea commemoratis 2).

1) Cf. *Oeuvres Compl.* t. IV, p. 15.

2) Cf. supra p. 58.

Retulimus tamen simul, ZYPÆO non assentiri VAN ESPEN, qui ex aliis documentis luculenter ostendit, Placetum nunquam a Principibus unice ad causas beneficiales restrictum, sed omnino ad aliam materiam, imo generaliter ad quascunque Curiae Romanae bullas aut litteras extensum fuisse, et extendi debere, si animum attendas ad ejus finem 1). Idcirco etiam bullas dogmaticas Placeto subjiciendas esse declaravit, et peculiari parte *Tractatus* argumentationem suam exposuit 2). Dicit jus Placeti nequaquam tangere fidei articulos, nec Principem ejus usu sibi arrogare potestatem discernendi quid credendum vel rejiciendum sit, prospicere tantummodo ne quid quoad formam in decreti dogmatici promulgatione aut executione in civitatem impingat, atque igitur praemisit observationem, fidei decisionem non confundendam esse cum illo Principis examine, utrum promulgatio aut executio patriae conveniat. Admonuit, nullum esse dubium quin ecclesia catholica semper et ubique eandem ex Apostolorum traditione servaverit fidem, et utique non requiri novum decretum, ut quis dogmati assentiri teneatur, quia

1) Cf. supra p. 59, 60, 61

2) Cf. VAN ESPEN, l. l. p. 164—173. Cf. *Arch. v. K. Gesch.* l. l. p. 545 seqq.

ad hoc ei sufficit persuasio, illud a Deo duxisse originem, et ab ecclesia receptum atque definitum esse. Ubi igitur constat, fidem neutiquam a bullae publicatione 1) aut executione pendere, quin etiam ecclesiae fideles, casu ubi talis publicatio impediatur, non minus adstringi dogmati, an recte Placetum ipsam doctrinam attinere dicendum est? Addidit praeterea auctor, plures tamen causas merito praevium Principis examen postulare, etsi ubique et semper immutabilia sint dogmata. An omnibus regionibus aequè conveniret aut modus aut tempus, quo fidei articulus proponeretur, i. e. an pari passu in una civitate dijudicandae forent res, secundum illas quae in alia idoneae comperiantur? Quid, si tempore dis-

1) Cf. WALTER (*Lehrb. d. Kirchenr.* 9^e Aufl. p. 366.) de decisionibus dogmaticis locutus, animadvertit: »Ihre obligatorische Kraft hängt daher weder von einer formellen Publication, noch von der Zulassung der Staatsregierung ab.« et praeterea p. 371. »Wenn daher neuere Landesgesetze die Zulassung der dogmatischen Erlasse von der landesherrlichen Genehmigung abhängig machen, so bezieht sich dieses blos auf die vorzunehmende Publication, nicht auf die Verbindlichkeit für die Gewissen, weil diese von der förmlichen Publication ganz unabhängig ist.« — RICHTER, (*Lehrb. d. Kath. u. Evang. Kirchenr.*, Leipz. 1848) de eodem argumento agens, dicit p. 340: »Da sie nur bezeugen, was besteht, so ist ihre Verbindlichkeit nicht durch die Promulgation bedingt, sondern sie verpflichten die Gewissen, sobald ihr Dasein kund wird.«

sidii de aliquo dogmate, prudentiae civilis esse iudicet Princeps, ipsum populum hujus dogmatis veritatem, sensim melius edoctum, agnoscere, quam repente aut gravibus poenis ad illud agnoscendum cogi? Sic alio casu apparebit Placeti necessitas circa bullas dogmaticas; hisce enim insertae esse possunt clausulae patriae juribus aut moribus contrariae, salva igitur fide temperandae. Quae si aequo animo perpendimus, doctrinae etiam decisionem, cujus iudicium omnino soli Pontifici competit, nihilominus propter modi, temporis atque loci importunitatem 1), aut adjectionem rerum quae nihil commune habeant cum ipsa fide, civitati noxiam esse posse, lubenter cum VAN ESPEN statuimus, et contendimus Principem jure Placeti utentem circa bullas dogmaticas potestatem nequaquam usurpare, quippe quum saecularis auctoritatis examen unice inserviat custodiendae externae formae 2). Testantur hoc historiae documenta, et non solum Consilia jus Placeti adversus

1) Ipse RAEPSAET l. l. p. 12 scripsit, «le but du Placetum n'est et ne peut être, que d'examiner, en premier lieu, si *en fait*, les circonstances sont opportunes," et observat Placeto etiam alium inesse finem, nempe »c'est dans l'intérêt de l'église, d'assurer l'exécution de ses lois par l'appui du bras séculier."

2) Cf. laudatum opus «*Aanm. over de Vrijh. der Belg. Kerk*," p. 29 seqq.

iteratos Curiae Romanae conatus vindicarunt, sed etiam videbimus nunquam in Belgio invaluisse usum, bullas dogma spectantes praevia cognitione liberatas fuisse. Non parum confirmabatur Placeti usus, quum decreto Congregationis Sancti Officii Episcopi JANSENI liber, cui titulus *Augustinus*, proscriptus esset, et ex monumentis Consilii Brabantini et Namurensis assidua apparet magistratus cura in tuendo prisco patriae jure 1). At majoris est momenti alterum illius Congregationis decretum, d. 6 Sept. anni 1657, quo inter plura scripta prohibitaee fuere celebratae illae litterae: *Lettres Provinciales*, quia excitavit Consilii Brabantini Consultum, dignum ex quo nonnulla eligamus idonea, tum ad exponendam rationem cur Placetum in bullis dogmaticis defendendum sit, tum ad probandum, Consilium ipsam fidem ecclesiae semper intactam servare voluisse. Decretum illud, narrante VAN ESPEN, ab Internuncio missum Mechliniensi Archiepiscopo, ab hoc promulgatum erat nullo Placeto firmatum. Propterea et Internuncii factum et publicationem nulla declaravit Brabantiae Consilium. Cujus de sententia quum

1) Cf. VAN ESPEN, l. l. p. 434 seqq. et 491 seqq. — *Arch. voor Kerk. Gesch.* l. l. p. 485 seqq.

uterque questus esset Archiduci LEOPOLDO, et hic eorum libellos supplices Consilio examinandos dedisset, hujus responsionem prolixam fuisse legimus. Dixit, se rite scire, haud judicandum sibi esse de fidei articulis, neque Pontificis bullam se irritam pronuntiasse, nec de scriptis decreto prohibitis cognovisse, uti contendebat Internuncius, sed unice executionis formam condemnasse. Ita locuti sunt Consiliarii: »mais avons cassé l'envoy que ledit Internonce a fait à l'Archevêque dudit decret à fin de publication, le decret dudit Archevêque, et leur publication, avec tout ce qu'est ensuivi, qui sont choses du tout temporelles, et qui ne concernent en aucune façon la décision de Sa Sainteté au regard desdits imprimez défendus, *ains seulement la forme de l'exécution.*» Consilium, allatis variis exemplis inveterati Placeti usus, addidit, nec civitatem gubernari, nec quietem publicam servari posse, si unicuique exsequi liceret decreta Pontificis nomine expedita, qui Romae degens praescire nequeat, quid civitati aut religionis statui contrarium sit. Recte etiam observavit, bullas dogmaticas non propterea praevio examine excipiendas esse, quod ad doctrinam pertinere dicerentur, nam tale quid non sufficere, et a Principe hoc omnino inquirendum esse:

»car ce que la bulle contient,» ajunt Consiliarii, »gist en fait, et ce doit Sa Maj. sçavoir; afin que sous prétexte de définition ou interprétation de quelque article de la foy, dans la publication ne se glissasse quelque chose préjudiciable.» In hoc memorabili Consilii responso non longius nobis immorari licet; quaedam ejus verba apposuimus, ut certiores fieremus historico testimonio niti opinionem a VAN ESPEN prolatam, quod nempe saecularis potestas, Placeto utens in bullis dogmaticis, non ante oculos habeat fidei judicium, sed externae formae et rebus mere temporalibus invigilet. Magna igitur cum gravitate juris Placeti principia exposita fuerunt; mox vero, quum suam sententiam spretam et altera vice illud jus violatum animadverteret Consilium 1), hoc Principis voluntatis significationem rogavit, priusquam ad ulteriora remedia procederet. Invenimus tamen integram mansisse Consilii sententiam. PHILIPPUS IV denique, Curiae Romanae instantia motus, decreti d. 6 Sept. 1657 publicationem indulgit, et postquam Belgii Gubernator mandasset nullum impedimentum inferri promulgationi illius

1) Tota re nempe Romam delata ab Internuncio, et novo Congregationis decreto edito. hoc Cancellariae Brabantiae nocte affixum inveniebatur.

decreti utpote dogmatici, nec in posterum similibus, si modo *visa et pro talibus habita fuissent*, Consilium Privatum hoc notum fecit Consiliis provincialibus, et deinde illud Brabantiae, ad difficultates tollendas quae postea ratione bullarum dogmaticarum oriri possent, anno 1660 haec decrevit: »dat gheene Apostolicque bullen, die men soude willen publiceren als dogmaticque en sullen mogen gepubliceert worden onder het district van desen Raede, 't en zy deselve bullen in den selvèn Raede gesien, ende aldaer voor dogmaticque gekent zyn," cet. 1). Neque hoc postea in desuetudinem abiisse, docent litterae d. 9 Dec. 1682, quibus de praeviae illius inspectionis necessitate Mechliniensem Archiepiscopum admonuit Consilium Privatum 2), nec minus illae Internuncii anno 1691 datae 3) multaque alia posterioris aetatis documenta. Brevis hic excursus nobis non inutilis visus est, quippe qui probet, tempore, quo in Belgii provinciis septentrionalibus minus

1) Cf. VAN ESPEN, I. I. p. 155 seqq. et 205 seqq. — *Arch. voor Kerk. Gesch.* I. I. p. 488—497.

2) Cf. idem, I. I. p. 158.

3) Cf. idem, I. I. p. 217. Internuncius, decretum S. Congreg. Archiepiscopo Mechliniensi mittens, scripsit: »Il pourra être au plutôt répandu dans ce Diocèse, et dans les autres; car j'ay eu soin avant toutes choses d'en donner connaissance au ministre de S. M." cet.

frequenter occurrunt Placeti exempla propter publicae religionis diversitatem, in reliquis ejus partibus jus Placeti constanter vindicatum fuisse. Sed simul compertum habemus, quam sedula a Curia Romana impensa fuerit opera, ut obtentu bullarum dogmaticarum exceptio admitteretur, dum merito intellexit magistratus nullam admittendam esse, quamdiu civitati firmo praesidio esset jus Placeti. Nam, etsi fortasse ex quadam aequitate aut utilitate quadam suadente locum obtinere coeperit temperamentum, bullas doctrinam concernentes posthac Placeto proprie sic dicto liberandas esse, tantumque praeviam earum inspectionem requiri secundam Consilii Brabantini decretum anni 1660, haec tamen distinctio specie magis quam re consistere nobis videtur. Difficile enim non est intellectu, nihilominus ita juris Placeti finem illaesam mansisse, et civitatem satis munitam fuisse praevio illo examine, utrum revera dogmaticae indolis esset bulla, imo ei insuper cujusdam periculi casu potestatem fore illud avertendi. Non magnum saltem discrimen existisse Placetum proprie sic dictum inter et illam inspectionem, id ipsius Internuncii verba plane confirmant, ad cujus notitiam quum pervenisset monitoria illa Consilii Privati epistola, d. 9.

Dec. 1682. in libello Belgii Gubernatori oblato distinctionem *fere idealem* vocavit, atque in unum incidere dixit »placetare aliquam bullam, ac examinare an sit dogmatica: utroque enim casu subest arbitrio, voluntati ac iudicio ministrorum Regis publicatio apostolicarum dispositionum” 1). Hucusque de bullis dogmaticis egimus: quid vero dicendum est de decretis disciplinarem materiam continentibus? Neque haec civitatis custodia exempta fuerunt, nam egregie docuit historia, celebris Concilii Tridentini ordinationes in Belgio non publicatas fuisse, nisi post diligens examen et salvis patriae juribus ac privilegiis 2). Transeamus nunc ad recentiora tempora, et inquiramus breviter quousque generaliter hodie pateant juris Placeti fines. Si oculos ad Europae gentes vertimus, reperimus Hiberniam occasione *Emancipationis Catholicorum* Placeto se liberasse 3), et in regni Belgici provinciis australibus ex harum legis imperii anni 1831 articulo 16, publicationem actuum supremae ecclesiasticae auctoritatis, etiamsi haec extera sit, prorsus liberam esse, salva delictorum preli et publicationis persecutione. In

1) Cf. VAN ESPEN, l. l. p. 216.

2) Cf. supra, p. 52—55.

3) Cf. *Arch. v. Kerk. Gesch.* l. l. p. 505.

ceteris civitatibus et imprimis in omnibus fere Germaniae regionibus jus Placeti strenue vindicatur, et non solum ibi bullae, brevia Pontificis aliaque extera ecclesiastica mandata, sed etiam decreta et leges, quae ab interno ecclesiastico magistratu, uti v. c. ab Archiepiscopo aut Episcopo originem ducunt, quibusque clerus, tota dioecesis aut ejus pars ad aliquid obligantur, seu quae a Synodis aliisque concionibus proveniunt, sive indiscriminatum Placeto (*Genehmigung*), sive, quod plane convenit cum Consilii Brabantini decreto anni 1660, civitatis *Viso* (*Einsicht, Vorwissen*) ante publicationem aut executionem subjecta sunt, quando scil. dogmaticae aut mere ecclesiasticae sunt naturae 1). Quamquam igitur ex peregrina Placeti legislatione appareat sollicita cura, cui omnia subsint ecclesiastica diplomata, aperte tamen nonnulla regimina ostenderunt, se legitimam ecclesiae auctorita-

1) Placeti legislationem invenimus apud ANDR. MÜLLER, *Lexik. d. Kirchenr.* IV^{er} B. p. 554 sqq. Cf. etiam RICHTER, *Lehrb. d. Kath. u. Evang. Kirchenr.* (Leipz. 1848) p. 104. KLÜBER, *Oeffentl. Recht d. teut. Bund.* (5^o Aufl.) p. 721. MAURENBRECHER, *Grunds. d. heut. deut. Staatsr.* (5^o Aufl.) p. 421. *Het Kon. Placet, eens Verh. van Jos. EHRSAM, R. C. Hulpprediker te Hitzkirch, uit het Hoogd.* (Utr. 1843) p. 17 et 66. Opusculum anonymi *„Het Regt van Placet tegen het jongste Ontw. van Strafwetb. verdedigd.”* (Utr. 1818).

tem usurpare nolle, nec *sanctioni* suae subicere velle ea, quae servandae religionis saluti necessaria sint, at simul periculosum judicasse renuntiare facultati inspiciendi, an talis reperiantur indolis qualis dicantur decreta, annon quaedam fortasse iis irrepserint civitati noxia. Tale *Visum* expressis verbis praecipunt Magnus Ducatus Vimariensis, Principatus Hassiae Electoralis, Regnum Hanoverae et Saxoniae, Provincia Ecclesiastica superioris Rheni, et regio helvetica Lucern, dum in Regno Borussico, Rescripto Administris sacrorum d. 1 Jan. anni 1841, similis distinctio recepta esse videtur, nempe omnes romanas bullas et brevvia Placeto indigere, »welche“ haec ipsa sunt verba, »nicht *ausschlieslich* die Lehre betreffen, sondern zugleich den Staat und die bürgerlichen Verhältnisse, wenn auch nur mittelbar berühren“ 1). Silentio tamen non est praetereundum, in Austria rescripta et brevvia poenitentiarum, quae occultos conscientiae casus attinent, Placeto exempta esse 2). Antea vidimus similiter in Francia

1) Cf. RICHTER, I. I. p. 104.

2) Cf. ANDR. MÜLLER, I. I. p. 555. — »Die *poenitentiarum Romana* ertheilt die dem Papste vorbehaltenen Absolutionen und Dispensationen, letztere jedoch nur in geheimen Fällen und blos *pro foro interno*,“ ut dicit WALTER, I. I. p. 295.

brevia poenitentiaria, quae forum internum spectabant, praevia Regiminis venia liberata fuisse decreto d. 28 Febr. 1810, uti etiam in patria nostra propter illius decreti receptionem 1). Amplius sane hodiernum Placeti statum describere poteramus, sed, quum hac de re jam alii bene meriti sint, sufficere videtur brevis hic conspectus, ut persuasum habeamus jus Placeti paene universe diligenter legibus servatum esse, praevidamque cognitionem, relictis raris quos invenimus casibus, non ad certum bullarum, brevium aliorumque exterae ecclesiasticae potestatis diplomatum genus restrictam, sed etiam internis ecclesiasticis actibus necessariam reputatam esse, etsi dogmaticam et mere ecclesiasticam contineant materiam. Ita testantur auctores. WIESE de Placeto locutus affirmat, illud se extendere ad omnes ecclesiasticarum legum species, tam proprio quam improprio sensu, ad privilegia et exemptiones, et non solum ad decreta Conciliorum et bullas pontificias, sed etiam ad episcopalia mandata et ordinationes. 2) EICHNORX inter alia animadvertit ecclesiastici magistratus officium, ut etiam praecepta doctrinalia

1) Cf. supra p. 88, 91.

2) Cf. *Handb. d. gem. in Teutschl. uebl. Kirchenr.*, II^e Th. p. 816.

et ordinationes liturgicas ante publicationem, sive proficiscantur ab extero magistratu sive immediate a se ipso emanent, civitati exhibeat, boni civis officium esse, dum civitati tantum competit examen an illa nihil contineant, quod etiam fidei et conscientiae libertati minus aequum sit, ad quod v. c. violatio libertatis aliorum sacrorum referenda est 1). MÜLLER jus Placeti, ex jure *cavendi* 2) profluens, dixit esse civitatis jus inspiciendi leges et ordinationes ecclesiasticae potestatis, quatenus hae exteras res ecclesiae, mutabilia ecclesiastica instituta, exteram disciplinam, universe res mixtae naturae spectent, extendens ne tales leges civitati quid noxii contineant, ne v. c. Episcopi auctoritatis suae abusu rebus religiosis negotia civili saluti contraria immisceant, — tum vero jus aut illarum publicationem concedendi aut hanc noxiae casu denegandi, aut illas ecclesiastico magistratui, qui eas ipse corrigat, tradendi. Internas religionis partes et quae ad conscientiam pertineant omnino non Placeto subicere, nec huic censurae vim tribuere vult, sed Placetum in declaratione consistere dicit, decretis ecclesiasticis, postquam a

1) Cf. *Grunds. d. Kirchenr.*, Her B. p. 28.

2) *Cons. Arch. v. Kerk. Gesch.* I, I, p. 528 seqq.

civitate visa sint, nihil contrarii inesse 1). Sententia quam protulit BARTH de jure Placeti alio loco relata est 2); hic etiam ecclesiastica mandata, sive extera sive interna, sive doctrinam sive disciplinam attineant, civitatis cognitioni et ejus Placeto subjicit, observans saeculari potestati competere jus inquirendi, ne illo praetextu aliquid noxii adjiciatur, negans tamen illi esse facultatem se fidei et doctrinae immiscendi. Quinimo nec respectu decretorum disciplinarium nec dogmaticorum civitati *Visum* denegat ipse WALTER; quia ex *illis* non clare semper apparet, utrum vita civilis iis tangatur, (quo casu consulendam esse civitatem, et a deliberationibus pendere dicit, utrum illa suo auxilio sustinere, simpliciter admittere aut prorsus rejicere velit decreta); etenim, ait, ecclesiasticus magistratus in eo errare potest; dum in *his* ob illam solam causam *Visum* justum putat, quod civitas inspicere velit, an forte alia alienae indolis inserta sint 3). RICHTER denique omnino ipsas bullas dogmaticas et disciplinares a civitatis custodia non excludit, et omnes

1) Cf. l. l. p. 353.

2) Cf. *Het R. v. Pl. tegen het jongste Strafwetb. verd.* p. 53.

3) Cf. l. l. p. 100.

ecclesiasticas ordinationes ut auctoritatem legitimam nanciscantur ejus examini et probationi subjeit 1).

Licet nobis quaedam addere, priusquam Placeti argumentum relinquamus. Adhuc in patria viget Codex Poenalis NAPOLEONTIS, et quamquam multi negaverint violationem primi articuli legis d. 18 Germ. An X. ulla poena plecti, et interdum tam auctorum iudicium quam aliorum effata attulerint, quibus opinionem suam firmari existimarent, rationes exposuimus, cur concludendum nobis esse videatur, omnino poenae articuli 208 obnoxium esse sacrorum ministrum, qui bullam Pontificis v. c. publicaverit aut executioni mandaverit sine praevia venia, si modo constaret, eum illam illicita via petivisse, recepisse aut accepisse. Ex hac nostra argumentatione sequitur, publicationem aut quamcunque bullae neglecto Placeto executionem, quam praecesserit licitum commercium, (e. g. concessa ab Administro sacrorum bullae petitio, aut talis receptio seu acceptio quae illicita vocari nequeat, e. g. bullae ad ecclesiasticum missae, illam vero adventuram esse inscium, quia ad eos actus incundos praevia venia ne rogari quidem poterat,) articulo 208 puniri non posse, et inter

1) Cf. l. l. p. 352.

abusus enumerandam esse. Sontem casum exemplo Episcopi DE BROGLIO, insontem illo Capituli Florentini confirmavimus, dum diximus NAPOLEONTEM omnem publicationem aut bullae pontificiae executionem sine Placeto impedire cupientem, bene perspexisse novi articuli necessitatem, propter cujus quidem defectum etiam negativa sententia a LOCRÉ aliisque prolata non mira nobis visa est. Huic articuli interpretationi adhaerere non veremur, donec prodeat exemplum, quo ecclesiasticus bullam sine Placeto publicans aut executioni mandans, postquam illam illicite petivisset, recepisset aut accepisset, non in poenam articuli 208 incidat. Notabile est, quum in australibus Belgii provinciis reformatio Codicis Napoleontici tentaretur, articulos 207 et 208 ob legis imperii articulum 16 abrogatos esse, atque in hoc non solum legi, civitati non competere jus ecclesiasticis interdicens commercium cum praefectis suis, sed etiam statim sequi placitum, ei non esse potestatem prohibendi horum actuum publicationem, ex qua additione effici posse videtur, rem neque Constitutionis auctores prorsus fugisse. Ubi in civitatis salutem necessarium judicetur, exera ecclesiastica diplomata praevio ejus examini et consensui subijcere, atque simul jus Placeti poenae

comminatione vindicare, compertum est, duas quas retulimus ab articulo 208 exceptiones facile ansam praebere impuni bullarum, brevium, similiumque publicationi aut executioni, unde forte non amplius Placetum rogaretur. Hanc ob causam non lugemus duos Codicis articulos in ultimo Specimine non inveniri, sed, quum ita legislator videatur ecclesiasticorum commercium liberum relinquere, quod adhuc legislatio Francica custodit, nec in aliis civitatibus omni cognitione exemptum est 1), articuli propositio expectanda erat ad jus Placeti firmandum ad instar ejus qui in Specimine anni 1842 legebatur, quia alioquin civitati prorsus nullus superforet casus, quo suum jus tueretur. At Specimen de Placeto altum tenebat silentium, et diximus propter ejus omissionem deliberationes procrastinari debuisse. Ex illo tempore articulum obtinuimus, titulo primo libri II insertum 2): sed, licet nunc

1) Cf. *Rev. étr. et franç. de légist.* t. VIII, p. 176, 451.

2) Art. 58. De bedienaar van de-godsdienst, die, zonder voorafgaand verlot der Regering, heeft afgekondigd, verspreid of in druk uitgegeven eenige akte of eenig geschrift, onder welken naam of in welken vorm ook vervat, van eenige buitenlandsche geestelijke of kerkelijke vergadering of overheid, wordt gestraft met correctionnele gevangenisstraf van een tot drie jaren en geldboete van honderd tot duizend gulden, te zamen of afzonderlijk.

Regimen satisfecisse videatur longe maximae Delegatorum parti, instanti poenae restitutioni, qua jus Placeti defendatur, id revera dici nequit. Praevia venia excipitur actus unice ad privatorum conscientiam pertinentes, aut materiam dogmaticam et disciplinarem spectantes. Quarum restrictionum prima aequitatem spirans, et ridicula vocata 1), quia illi actus nec publicentur, nec disseminentur aut typis mandentur, non utique improbanda videtur, quod de duabus aliis exceptionibus non valet. Nam ponamus exemplo aliorum regnorum distinctionem recipi Placetum inter et *Visum* tantum pro bullis unice dogmaticis et disciplinaribus, huic temperamento non obstaret praevia venia articulo requisita: haec enim venia nunquam a Regimine dabitur sine inspectione; unde si revera dictae indolis reperiantur bullae, Regimini facultas erit observandi illam distinctionem concedendo publicationem post *Visum*, sed eas non omni custodia eximere debet, quod nusquam fit et auctorum testimonio contrarium est. At hac exceptione etiam totus articulus inanis redderetur, quia

Van deze bepaling zijn uitgezonderd die akten, welke uitsluitend gewetenszaken van bijzondere personen, of onderwerpen van kerkelijke leer en tucht betreffen.

1) Cf. *De Noordbrabander*, 1847, N^o. 152.

asseritur, omnes actus a Roma emanantes orbique catholico datos pertinere ad ecclesiasticam doctrinam et disciplinam 1), et alio loco, frustra in Bullariis Romanis bullam quaeri, quae non secundum jus Canonicum inter tres quas communicavimus exceptiones enumeranda esse existimetur. Ibi edocemur, ad doctrinam pertinere, utrum officium incumbat haeretico Principi obediendi, juramentum haereticis praestitum servandi, utrum liberi erudiri possint in scholis publice institutis aut civitatis custodiae subjectis; uti v. c. res ad ecclesiasticam disciplinam pertinens dicitur, an Archiepiscopatus et Episcopatus erigantur in patria, quot et ubi 2). Quaeso quale periculum inde civitati oriretur. Manet alia difficultas. Quando exceptiones admittuntur, non id efficitur quod spectatur, et haec observatio etiam respectu utriusque propositae in Sectionibus articuli scripturae 3) valet. Quisnam dijudicabit utrum actus unice dogmaticus

1) Cf. *De Noordbrabander*, eod. num.

2) Cf. *Het R. v. Pl. tegen het jongste Strafweeb. verd.* p. 18.

3) E relatis a Sectionibus vicinus, plurimos Delegatos putasse loco lineae novae legendum esse: "*Van deze bepalingen zijn uitgezonderd die akten of geschriften, welke regtstreeks noch middelijker wijze den Staat of zijne aangelegenheden of de regten en pligten des Staatsburgers betreffen,*" aut lineae adjicienda esse verba "*zonder daarbij op eenigerlei wijze met aangelegenheden van staatkundigen aard in aanraking te komen.*"

et disciplinarius sit, quisnam utrum directe an indirecte civitatem ejusque res aut jura et officia civis spectet, quisnam utrum aliquo modo res politicae naturae attingat? Non alius certe secundum Specimen nisi ipse ecclesiasticus, qui, quum pleno animo existimet actum non talis esse naturae, ut ante publicationem indigeat Regiminis venia, hanc non petet, etiamsi fortasse postea liqueret eam necessariam fuisse, quo casu tamen illud perficeretur quod antevertere voluit legislator, dum judex civitatem laesam sciens idcirco invitus poenam imponet, si delinquentis bona fides comperta sit, nimis duram. Quae omnia animo perpendentes, credimus, articulum recte judici relinquere satis magnam poenae latitudinem, quia non omnes casus aequiparandi sunt, nec tamen idoneum habendum esse, quod juris Placeti vigorem tueatur, et tandiu civitatem periculo obnoxiam fore, donec illud omnes actus exterarum originis ecclesiasticos, exceptis quae unice ad privatorum hominum conscientiam et forum internum pertineant, quaeque haud ullam vim in civitatem exerceant, complectatur.

ADDITAMENTA.

A. *De hertog van Gelre verbiedt het aannemen van brieven van den stoel van Rome, van den keizer, of ook van de veem of het stille gerigt, tenzij die bij den hertog en zynen raad toegelaten waren. 16 Dec. 1461.*

Hertoghe van Gelre ende van Gulich ende graue van Zutphen.

Guede vriende. Soe een lange tijt her onse lande ende ondersaeten, groot ende cleyn, geestlick off weertlick 1), arm ende rijck, edell off anders, ende oich wy mede mennichfoldentlick ende voele bedroegen, geschat, getranseniert 2), hoere gelt ende

1) *Weertlick*] Zoo staat ook in het oorspronkelijke voor *Weertlick*.

2) *getranseniert*] *Transeneren*, in de beteekenis van opligten, geld afpersen, is ook bij K.N. aangeteekend.

guit affgekregen is geweest ende noch wurdt, mit brieuen, schijnende off zy van den stoel van Romanen, van den keyser, off van andere cardinaelen off bisschoppen ende der gelicken vuytgesant, geueu off gecommen waeren, ende desgelicken oich mit brieuen van der vemen off stillen gerichteten etc., des ons alsoe van Gaidts, rechts ende reden wegen nyet langer en steet to lijden off to gehengen. Ende laten v daer omme weeten, ernstlick gesynnende, beuelende nu eens voer all, dat ghy terstont aldaer laet roopen ende gebieden bij lijue ende goede, dat ghij noch nyemant egheen vreemde bryeue, twaeren bullen off anders, tsij van afflaet gijlen 1), bidden, beden, laden 2), bannen, vemen off der gelicken, tsij geestlick off weerntlick, toe en laet ontfangen off aen en neme, *sij en hedden eerst onse warachtige bryeuen, daer by dat wy die, bij onsen raede verhoert ende examiniert, dat toegelaeten ende alsoe beliefft hedden.* Ende wat der mit alsulcker gebaeden, baetschappen off brieuen komen, groot off cleyn, dat men die mitte bryeuen halde bijs aen ons. *Alsoe dat*

1) *gijlen*] Smeeken, met aandrang begeeren. Zie KIL.

2) *laden*] Indagen, dagvaarden.

wy die mit onsen raede off den geenen, die sich des verstaen, eerst examineren ende ons dan daer voert inne hebben moeghen, als ons geboeren sal, soe wy onse allerheylichste vader den paeuws off keyser off ymant noide te kort doen, ende oich die onse nyet gerne langer alsus bedroegen, transeuieren off schatten laeten solden, daar wy dat geschutten kunnen, ende dat hijr guede vriende oich nyet inne en valle in enigerwijs, nu off hier naemaels, want wy alsulcx anders aen v onsen scholt, ende den genen die hyer en bauen deden off scholt aen hebben mochten, dencken te verhaelen ende doen verhaelen, mit allen schaeden ende last daer aff qweme. Daer mach men sich in den besten nae richten ende des indechtich zijn. Gegeuen tot Bueren, des guensdaeges nae sinte Lucien dach, nostro sub secreto, anno etc. LXI°. Ende stont onder aldus:

Aen onsen richter ende voert burgermeesteren, schepenen ende raet onser stadt van Saltboemel, onsen gueden vriende.

B. *De hertog van Gelre beceelt, de overbrengers van ladebrieven of banbrieven aan te houden enz.*

25 Jul. 1463.

Hertoge van Gelre ende van Gulick ende greue van Zutghen.

Guede vryende. Soe wy laitsten voir nut, eyr, orber ende gemeyne beste des stoels van Romen ende anders der onser hebn doen scrijuen ende beuelen, egeen brieue toe te laeten, *sij en weren yrst voir ons ende onsen raide, dye dat verstonden, verhoirt, vitgedragen off dye geboirlich weren etc.*, begeren wy van v noch als wy alre ernstlixste mogen, beuelende dat alsoe noch voit te halden. Ende off yement enige ladebrieue, banbrieue off dergeliken, als vurser. is, aldair ergent brechte, dat men dye selue, sij weren wy weren, by den brieue, halde, bis ain ons, ende oich off enige sulke brieue by nacht off anders heymelick opgeslagen wurdde, dat men dye aff nemen, ende int fuir werpen sall, sonder dye auersien, off gelesen te werden. Ende dat hijr, gude vrynde, oick nyet yn en valle in eniger wis, want wy dat soe

omme reden wille, ende gelijck wy voir ende oich nu genoich dayr aff hebn doin scrijuen, gedaen willen hebn, hijr wilt des beste ynne ramen. Ende dyt wylt van onser wegen laeten gebieden in der kyrken, malck sich na te richten. Gegeuen tot Arnhem, op sente Jacobs dach apostoli, nostro sub secreto anno etc. LXIII°.

(*Het opschrift is:*)

Ain die burgermeisteren, schepenen ende raît onser stat van der Elboreh, onsen gueden vrienden.

NB. Duo haec juris Placeti documenta, cum adjectis adnotationibus, curae debentur eruditissimi Gelriae Archivarii Is. AN. NIJHOFF, et exstant in ejus opere: »*Gedenkwaardigheden uit de Geschiedenis van Gelderland*» volumine IV. pag. 326 et 335.

THESES.

I.

In jure classico per litis contestationem usucapio non interruptitur, sed omnino in jure Justiniano per libelli porrectionem praesidi factam, in causis enumeratis in lege 2 Cod. *de ann. except.*

II.

Exceptio rei judicatae non obstat vindicationi, si in priori petitione causa erat adjecta vel expressa.

III.

Contractus bonae fidei propter dolum causam dantem ipso jure non esse nullos, cum BURGHARDI defendo.

IV.

Ex rebus et factis agnitio cessionis secundum Art. 668 Cod. Civ. fieri potest.

V.

Ex Art. 1408 Cod. Civ. actio pecuniaria non conceditur »tot betering van het nadeel, in eer en goeden naam geleden.»

VI.

Donatio nominum publicorum (*certificaten van de Nationale Schuld*) fieri potest per nudam traditionem.

VII.

Commissionarius ad emendum proprias merces mittere potest.

VIII.

Verba in Art. 109 Cod. Merc. »en de houder verzuimd heeft denzelven tijdig te laten protesteren» non spectant protestationem denegatae acceptationis, sed unice non factae solutionis.

IX.

Incendii dolosi plures gradus enuntiandi esse videntur, quam in Art. 434 Cod. Poen. factum est, et recte legislator Gallicus a. 1832 in crimine incendii puniendo varias distinctiones introduxit.

X.

Recte FOELIX (*Revue de droit franç. et étr.* t. IV, p. 892) observat: »chaque membre du clergé catholique réunit dans son individu deux personnes juridiques: celle de sujet du gouvernement séculier dans le territoire duquel il habite, et celle de subordonné au pape.»

XI.

Jus Imperantis, in admittendis vel rejiciendis decretis Papalibus (*het Regt van Placet*), consequitur ex communibus juris publici placitis. Uti cogi non potest, jussa Principum extraneorum recipere nisi ea rata habuerit, ita etiam ipsi competit jus vetandi, ut decreta Pontificum in regno promulgentur a se non confirmata.

